ideo nō fuit ſilentio prætereundum ut ſi quid in recognitione profeci: auctori acceptum Victorino
referatur: tantum enim abeſt: ut me pœniteat p̄ceptorum meorū gloriæ ut id unum ac maximū do
cti animi atq; igenui argumentum cenſeam: a quibus ipſe hauſerim oīa fontibus referre magiſtrorū
Qui plura uoluerit diſcere de Victorino: ſunt. n. eius omnis ſplēdoris: ac dignitatis plene actione
Saxoli pratenſis inter cōdiſcipulos noſtros minime contēnēdi: quāq̄ admodum iuuēis ille fato cō
ceſſerit: librū legat de uita & moribꝰ Victorini: aut cæterorū: qbus laudi magnæ eſt: nō mores: & ui
tam ſolum: uerum etiam totam Victorini ſcholam pſcripſiſſe: quorum ſcriptis potueram equidem
eſſe contentus: niſi in eadē cultus officina: obtuſiore licet ſcalpro: mihi uiſus in præſenti epiſtola for
rem nō abſq; ingratitudinis crimine potuiſſe diſſimulare ac præterire Victorinū. Venio ad te pater
colēdiſſime: cui: ut ipſe noſtri: maxima debeo: atq; ut cæteri ſe ī hac quoq; haud exigua humanitatis
parte tibi debere ſciant: cogor oſtēdere: tua eni opera ſubſidioq;: ac liberalitate impreſſorū noſtrorū
ars iuuatur: & creſcit: unde mirum immodum egenorum neceſſitatibus ſubuenit: cum doctiſſimus
ipſe ac minime inuidus libros excelentes omnis generis habens facultatum: nobis uolens & expoſi=
tus bibliothecam tuā ſemper aperias. Tu uero: ut reuertar ad Liuiū modeſtiſſime uir atq; ſapiētiſſi=
me: ī noſtro teipſum codice: hoc eū incredibiles animi tui uerecundi in primis uirtutes: ut ſæpiſſime
antea pcenſens: nunc quoq; non ſine ratione delectabere. Grauis enim morum tuorum cēſura: quo
ſáctius monumēto cognoſci: quo exēplo reddi uerius poteſt: & ſi præcipua pars tui uirtus uere chri
ſtiana quaſi manus optimi uictoris extrema: quod conſtanter fateor: omni gentilitatis ornamento
in te ſuperlinenda reſtabat. Recognoſcis tu quidem in liuio laudes tuas: cum illuſtrium uirorū uer
ba: & actiones legis in alio religionis cultum: ī alio animi magnitudinē: in alio uitæ omnis tenorē
æqualem: & iugem: hic tuā maximam modeſtiam: quæ perraro in alto dignitatis & ſtatus faſtigio
poſitorum eſt comes: refert hinc tuarum in republica ſententiarum modū: hic in caſtigādis moribꝰ
multæ lenitatis grauitatē. Mihi quidem hæc pxime legenti tu iugiter eras in mēte: actionum tuarū
imaginē in grauiſſimis & cōpoſitiſſimis uiris de ppinquo cernebam: in. Qu. Fabio Maximo pla=
cidū ac cunctabundum tuum ingenium admirabar: in Furio Camillo maximi animi uigorē: gra
uitatem: atq; in omni fortuna cōſtantiā: in Appiis miram ſcientiam: atq; facundiā: in Scipione dex=
teritatem: alacritatemq; animi: & minime inanes cogitationes ardua & magna negocia capeſcēdi: i
T. Quitio prouidētis ac mirifice caſti pectoris tui monita ſalutaria: in Papyrio celeritatē: atq; ide=
feſſum ad res gerēdas robur: in Valeriis popularitatem placidam: modeſtamq;: ac nequaquā efflu
entem obſequelam: fidē uero in omnibus maximā: paremq; prudentiam. Addebam religionē: & a
gentilibus longiſſime abſēdens eam quidē chriſtianam atq; catholicā. Vnum apud Liuiū reperie=
bam: cui tu maximo quanq̄ ſimillimus ex omni tamē a parte non es idem. Cato ille Cēſorinus uir
conſumatus & ſummus: in quo uelut in te hodie hoc maximū quoddā decus uirtutis fuit: ut quic=
quid ille ageret: natus ad id tantum eſſe uideretur. Cato ille inquā tantus uir amaro fuiſſe fertur ige
nio: atq; ad lacerandum ſemper expoſito: cætera eius in te cognoſcimus: naturæ uero amaritudinē
& carpendi ingenium non uidemus: quinimo ſi quiſquā eſt: tu es maxime detractorum aduerſarius
quippe qui es ad benemerendū de omnibus hoībus natus: atq;. S. D. N. īſtitutis: eruditus. Tibi igit
tali uiro ac tanto præſtet gratiarū dator Chriſtus dominus: ut aſſidue magis pacem ac gloriā ſacro
ſanctæ eccleſiæ uideas. Chriſtiāi populi de paganorꝫ feritate: & hereticorū obſtinata prauitate uicto
riā ſummi noſtri pon. ſoſpitatē: oīum terræ fructuū copiam: cæli temperiem & aeris ſalubritatem: &
ueluti in ſanctiſſimo dominici gregis feliciſſimoq; paſtore tua ſtudia ſpemq; omnē a natiuitate col=
locaſti: ita tuarū quoq; actionū ſucceſſu fortunato ille aſſidue magis in te quietur ꝰ recumbat. Vt cū
ſummus deus ſuo ī terris uicario cuncta mētis tranquillæ optata tribuat: tibi ille rerū maximarū ad
miniſtrationē ſecundet: tu nobis apud illū oīa impetres: quibus aliq̄ cum dignitate uitæ præſentis
neceſſitates per ſtudia honeſta: honorataſq; actiones tranſeamus. Vale.

## ¶ L. FLORI EPITOMA DECADVM QVATTVORDECIM: TITI LIVII PATAVINI HISTORICI IN CENTVM ET QVADRAGINTA LIBROS DISTINCTVM.

### ¶ EX LIBRO PRIMO.

ADVENTVS Aeneæ in Italiam & res ab eo geſtæ. Aſcanii regnum Albæ
& Siluii Aeneæ: ac deinceps Siluiorum regum primo libro continentur.
Numitoris filia a marte compreſſa: nati Romulus & Remus. Amulius ob
truncatus. Vrbs a Romulo condita. Senatus lectus. Cum Sabinis bella=
tum. Opima ſpolia Ioui feretrio lata. In cenaturia populus diuiſis Fidena=
tes & Veientes uicti. Romulus conſecratus. Numa pompilius ritus ſacrorū
tradidit. Iano templum conſtituit: eiuſq; portam: pacatis omnibus circa po
pulis: primus clauſit. Cum dea Aegeria ſibi cōgreſſus nocturnos eſſe ſimu
lans feroces populi animos ad religionem perpulit. Ancus Martius cæri=
monias a Numa inſtituras renouauit. Latinis uictis: & ad ciuitatem aſcitis:
montem auentinum aſſignauit. Politorum urbem latinorum bello repetitam: quam priſci latini
occupauerant:: diruit. Pontem ſublicium in tyberi fecit. Ianiculum collem urbi addidit. Fines im=

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

perii protulit. Oſtiam condidit. Tullus Hoſtilius albanos bello petiit: poſt hæc tergeminorum pu
gna Horatius abſolutus: Metii Suffecii ſupplicium: Alba diruta albani in ciuitatem recepti: ſabinis
bellũ indictum: ad poſtremũ fulmine abſumptus eſt: Tarquinius priſcus in anci amicitiam receptꝰ
centum additis patrum numerum auxit: Latinos ſubegit: circum deſignauit: Ludos edidit: ſabino
rum bello potitus: equitum centurias ampliauit: temptandæ ſcientiæ cauſa Acii Nauii auguris cõ
ſuluiſſe fertur: an id de quo cogitaret: effici poſſet quod cum ille fieri poſſe reſpõdiſſet: iuſſiſſe cum
nouacula cotem præcidere: idq; protinus factum. Sabinos præterea acie uicit. Vrbem muro circũ
dedit. Cloacas fecit. Seruiꝰ Tullius natus eſt captiua corniculana: cui puero in cunis poſito: caput
arſiſſe traditũ eſt: ueientes atq; æthruſcos prælio fudit. Cenſum primus omnium egit. Luſtrũ condi
dit: claſſes centuriaſq; deſcripſit. Pomœrium ꝓtulit. Colles urbi quirinalem. Viminalem: Eſquili
numq; adiecit. Templum Dianæ cum latinis in auentino fecit. Lucius Tarquinius ſuperbus: occi
ſo Seruio eius ſocero: inuaſit regnum: quo die ſcelerata Tullia per patris iacentis corpus carpentũ
egit. Armatos circa ſe ad cuſtodiã corporis ſui habuit. Turnum Herdonium fraude interemit. Bel
lum cum uolſcis geſſit: & ex eorum præda templum Ioui in capitolio fecit. Terminus & iuuentas
non addixere: quorum aræ moueri non potuerunt. Filii Sex. Tarquinii: dolo Gabios in poteſtatẽ
ſuam redegit. Huius filiis Delphos profectis & conſulentibus: quis eorũ regnaturus eſſet Romæ. di
ctum eſt eum regnaturum: qui primũ matrem oſculatus eſſet: quod reſponſum cum ipſi aliter inter
pretarẽtur. Iunius Brutus: qui cum iis ꝓfectus erat: prolapſum ſe ſimulauit: & terram oſculatus eſt:
idq; factum eius euentum rei comprobauit: nam cum impotenter ſe gerendo Tarquinius ſuperbꝰ
omnes in odium ſuum adduxiſſet: ad ultimũ propter expugnatam nocturna ui a Sex. filio eius Lu
cretiæ pudicitiam: quæ uocato patre ad ſe Tricipitino & uiro collatino obteſtata: ne inulta mors
eius eſſet: cultro ſe interemit. Bruti opera maxime expulſus eſt: cum regnaſſet annos uigintiquiq;.
Tunc conſules primum creati ſunt. L. Iunius Brutus: & L. Tarquinius Collatinus.

## ¶ EX LIBRO SECVNDO.

BRutus iureiurando populũ aſtrinxit neminem regnare Romæ paſſurũ. Tarquiniũ Col
latinũ collegã ſuum ꝓpter affinitatẽ Tarquiniorũ ſuſpectũ coegit conſulatu ſe abdicare
& ciuitate cedere: bona regum diripi iuſſit: agrũ Marti cõſecrauit: qui cãpus martius no
minatus eſt: adoleſcẽtes nobiles: in quibus ſuos quoq; & fratris filios: qa cõiurauerãt de
recipiẽdis regibus: ſecuri percuſſit: ſeruo uindici: cui Vindicius nomẽ fuit libertatẽ dedit: ex cuiꝰ
noie uindicta ẽ appellata. Cũ aduerſus reges: qui contractis ueientiũ & tarquiniorũ copiis bellũ in
tulerant: exercitum duxiſſet: in aciẽ cũ Arunte filio Superbi cõmortuus eſt eumq; matronæ annũ
luxerunt. L. Valerius conſul legẽ de ꝓuocatiõe ad populũ tulit capitoliũ dedicãdũ eſt. Porſena rex
cluſinorũ bello ꝑ Tarquiniis ſuſcepto: cũ ad ianiculũ ueniſſet: ne tyberim tranſiret: uirtute Coclitis
Horatii prohibitus eſt qui dum alii pontẽ ſubliciũ reſcindũt: ſolus æthruſcos ſuſtinuit: & ponte ru
pto armatus ſe in flumẽ miſit: & ad ſuos tranauit: alterũ acceſſit uirtutis exemplũ a Mutio: qui cũ ad
feriendũ porſenã caſtra hoſtiũ intraſſet: occiſo ſcriba: quẽ regẽ eſſe putabat: cõpræhẽſus ĩpoſitam al
taribus manũ: in quibus ſacrificatũ erat: exuri paſſus eſt: dixitq; tales trecentos eſſe cõiuratos in mor
tem ipſius regis: quorũ admiratiõe coactus Porſena pacis cõditiones ferre bellum omiſit: acceptis
obſidibus: ex quibus uirgo una Chlœlia deceptis cuſtodibus per tyberim ad ſuos tranauit: & cum
reddita eẽt: a Porſena honorifice remiſſa equeſtriq; ſtatua donata ẽ. Aduerſus Tarquinium ſuper
bũ cũ latinorũ exercitu bellũ inferentẽ Aulus Poſthumius dictator proſpere pugnauit apud lacum
Regillũ. Appius Claudius ex ſabinis Romã trãſfugit: ob hoc claudia tribus adiecta eſt. Numerus
tribuũ ampliatus eſt: ut eẽnt trigĩta una Plebs: cũ ꝓpter nexos ob æs alienũ ſacrũ ĩ mõtẽ ſeceſſiſſet: cõ
ſilio Meneni Agrippæ a ſeditiõe reuocata eſt: idẽ Agrippa cũ deceſſiſſet ꝓpter pauptatẽ publico ĩpẽ
dio elatꝰ: tribũi plebis qnq; creati ſunt. Oppidũ uolſcorũ Corioli captũ eſt uirtute: & opa. Gn. Mar
tii: q ob hoc Coriolanꝰ uocatus ẽ. Titus latinꝰ uir de plebe: cũ ĩ uiſu admõitꝰ eſſet: ut de qbuſdã reli
gionibus ad ſenatũ ꝑferret: & neglexiſſet: amiſſo filio: debilis factus: poſtea q̃ delatꝰ ad ſenatũ lectica
eadẽ illa indicauerat: uſu pedum recepto domũ reuerſus eſt. Cũ. Gn. Martius Coriolanus: qui in
exiliũ pulſus: dux uolſcorum factus: exercitum hoſtium urbi primo admouiſſet: & miſſi ante eum
primũ legati: poſtea ſacerdotes fruſtra deprecati eſſent: ne bellum patriæ inferret: Veturia mater: &
Volumnia uxor impetrauerunt ab eo: ut recederet. Lex agraria primũ lata eſt. Sp. Caſſius cõſularis
regni crimine dãnatus ẽ necatuſq;. Oppia uirgo ueſtalis ob ĩceſtum uiua defoſſa eſt. Cum uicini ho
ſtes ueientes incommodi magis quã graues eſſent familia fabiorum id bellũ gerẽdũ depopoſcit:
miſitq; in id trecentos ſex armatos: qui ad Cremeram ad unum ab hoſtibus cæſi ſunt uno impube
re domi relicto. Ap. Claudius cõſul: cum aduerſus uolſcos cõtumacia exercitus male pugnatũ eẽt:
decimũ quẽq; militũ fuſte percuſſit. Res præterea aduerſum Volſcos: & Hernicos & Veientes: & ſe
ditiones inter patres plebemq; continet.

## ¶ EX LIBRO TERTIO.

SEditiões de agrariis legibus factæ. Capitoliũ ab exulibus & ſeruis occupatũ cæſis iis re
ceptũ eſt. Cẽſus bis actus ẽ: priore luſtro cẽſa ſunt ciuiũ capita octoginta milia. dcc. xiiii.
ꝓter orbos orbaſq; ſequẽti. cxvii. milia. ccxlviii. Cũ aduerſus equos res male geſta eſſet. L.
Quintius Cincinatꝰ dictator factus cũ rure iſſetꝰ ruſtico opi eẽt: ad bellũ gerẽdũ accerſi



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tus eſt:is uictos hoſtes ſub iugum miſit. Tribunorū pl. numerus ampliatus eſt:ut eſſent decē.xxxvi.
anno a primis tribunis pl. Petitis ꝑ legatos & allatis atticis legibus:ad conſtruēdas eas ꝓponēdaſqꝫ
decēuiri pro cōſulibus ſine ullis aliis magiſtratibus creati altero & trigēteſimo āno quam Roma cō
dita erat:& ut a regibus ad cōſules:ita a cōſulibus ad decē uiros tranſlatum imperiū.ii. decē tabulis
legum poſitis:cum modeſte ſe in honore geſſiſſent:& ob id in alterum quoqꝫ ānum eūdem eſſe ma⸗
giſtratum placuiſſet:cum complura impotēter feciſſent:magiſtratum noluerunt deponere & in ter
tium annum detinuerūt:donec iuicto eorū imperio finē attulit libido. Ap. Claudi:qui cū i amorē
uirginis īcidiſſet:ſummiſſo:q eā in ſeruitutē peteret neceſſitatē patri eius Virginio impoſuit:rapto
ex taberna proxima cultro:ut filiā iterimeret:cum aliter eam tueri nō poſſet:ne in poteſtatē ſtuprum
illaturi ueniret:hoc tam magnæ luxuriæ exemplo plebs īcitata mōtem auentinum occupauit:coe
gitqꝫ decē uiros abdicare ſe magiſtratu:ex quibus Appius & unus collegarū:q præcipue pœnā me
ruerant:in carcerem coniecti:cæteri in exilium acti. Res præterea contra ſabinos & uolſcos proſpe⸗
re geſtas continet:& parum honeſtum populi Ro. iudicium qui iudex inter Ardeates & Aricinos
ſumptum agrum:e quo ambigebatur:ſibi adiudicauit.

## ¶EX LIBRO QVARTO.

REx de cōnubio patrū & plebis contētione magna patribus repugnātibus plata ē a tri. pl.
Aliquot ānis res Po. Ro. domi militiæqꝫ ꝑ hoc genus magiſtratus adminiſtratæ ſunt. Itē
cenſores tūc primū creati ſunt. Ager ardeatinus Rōani populi iudicio ablatus:miſſis in
eū colonis:reſtitutus eſt. Cū fame populus Romanus laboraret. Sp. Melius eques Roma
nus frumētū populo ſua īpenſa largitus eſt:& ob id factū:cōciliata ſibi plebe:regnū affectās a Gaio
Seruilio Hala magiſtro equitū iuſſu Quintii Cincinati dictatoris occiſus eſt: Titus Minutius in
dex boue aurata donatus eſt. Legatis romanis a fidenatibus occiſis:quoniā ob rēpublicam occu⸗
buerāt:ſtatuæ i roſtris poſitæ ſunt. Cornelius coſſus tribunus militum:occiſo Volumnio rege ueiē
tiū:opima ſpolia ſecūda rettulit. Mamercus Aemilius dictator:cenſuræ honore:q antea ꝑ quiquē⸗
niū gerebat:anni & ſex menſium ſpacio finito ob eā rem a cēſoribus notatus ē. Fidenæ in poteſtatē
redactæ:eoqꝫ coloni miſſi ſunt:qbus occiſis:fidenates cū defeciſſent a po. Ro. a Mamerco Aemilio
dictatore uicti ſūt: & Fidenæ captæ Coniuratio ſeruorū oppreſſa eſt. Poſthumius tribunus militū
ꝓpter crudelitatem ab exercitu occiſus eſt. Stipendium ex ærario tum primum militibus datum eſt.
Res præterea geſtas aduerſum uolſcos:fidenates:& faliſcos continet.

## ¶EX LIBRO QVINTO.

IN obſidione Veiorū tabernacula militibus facta ſunt:ea res cū eſſet noua:indignationē
tribunorū ple. mouit quærentiū nō dari plebi:nec per hyemem:militiæ requiē:equites tū
primū equis ſuis merere cœperunt. Cū inundatio in lacu albano facta eſſet:uates qui eā
rem interpretaret:ab hoſtibns captus eſt. Furius Camillus dictator decē annos obſeſſos
Veios cœpit:ſimulacrū Romā tranſtulit:decimā partē prædæ Delphos apollini miſit. Idē tribun⁹
militum:cū Faliſcos obſideret:proditos hoſtium filios parentibus remiſit:ſtatimqꝫ deditione facta
faliſcorū uictoriā iuſticia conſecutus eſt: Cum alter ex cenſoribus Iulius deceſſiſſet:in locum ei⁹. M.
Cornelius ſuffectus eſt:nec id poſtea factum ē:quoniā eo luſtro a gallis Roma capta eſt. Furius Ca
millus:cū ei dies a. L. Apuleio tri. ple. dicta eſſet:in exilium abiit. Cum ſenones galli Cluſiū obſide
rent:& legati a ſenatu miſſi ad componēdum iter eos & cluſinos pacē pugnātes cōtra gallos in acie
cluſinorum ſtetiſſent:hoc facto eorum concitati ſenones urbē infeſto exercitu petierunt:fuſiſqꝫ ad al
liam flumen romanis cœpere urbem præter capitolium:in quod ſe iuuenes cōtulerant. Maiores na
tu cum inſignibus honorum quos quiſqꝫ geſſerat: in ueſtibulis ædium ſedentes occiderunt:& cū
per auerſam partem capitolii iam in ſummum euaſiſſent:proditi clāgore anſerum. M. Manlii præ⸗
cipue opera deiecti ſunt. Coactis deide propter famem romanis deſpōdere ut mille pondo auri da
rent: & hoc precio finem obſidionis emerent. Furius Camillus dictator abſens creatus inter pendē
dum aurum cum exercitu uenit:& gallos poſt ſextum menſem urbe expulit:ceciditqꝫ:dictum eſt ad
Veios migrādum eſſe propter incenſam & dirutam urbem:quod conſiilium Camillo auctore diſ⸗
cuſſum eſt: mouit populum uocis quoqꝫ omen ex centurione auditæ:qui cum in forum ueniſſet:
manipulariis ſuis dixerat:ſta miles: hic optime manebimus:ædes Ioui capitolino facta:quo loco
ante urbem captam uox audita erat aduentare gallos.

## ¶EX LIBRO SEXTO.

REs aduerſus equos & uolſcos & præneſtinos proſpere geſtas continet:quattuor trib⁹ ad
ditæ ſūt:ſtellatina:ſabbatina:promentina:arnienſis. M. Manlius:qui capitolium a gal⸗
lis defenderat:cum obſtrictos ære alieno liberaret:nexos exolueret crimine affectati re⸗
gni damnatus de ſaxo tarpeio deiectus eſt:i cuius notam ſenatuſconſultum factum eſt
ne cui de manlia gente Marco cognomen eſſet. G. Licinius:& L. Seſtius tribu. ple. legem promulga
runt:ut conſules etiam ex plebe fierent:qui ex patribus creabātur. Eam legem cum magna conten⸗
tione repugnantibus patribus cum idē tri. ple. per quinquennium ſoli magiſtratus fuiſſent:pertu⸗
lerūt:& q primus omnium ex plebe conſul. L. Seſtius creatus eſt. Lata eſt altera lex ne cuiquam plus
quingentis iugeribus agri liceret poſſidere.

## ¶EX LIBRO SEPTIMO.

DVo noui magiſtratus adiecti ſunt: pterea & ædilitas curulis: peſtilẽtia ciuitas laborauit: eaq; iſignẽ fecit mors Furii Camilli: cuiꝰ remediũ & finis: cũ p nouas religiones: quæreretur: ludi ſcenici tunc primũ facti ſũt: Cũ dies Lucio Manlio dicta eſſet a Marco Põpeio tribuno plebis ꝓpter delectũ acerbe factũ: & ob. T. Manliũ filium relegatũ ſine ullo crimine adoleſcẽs ipſe cuiꝰ relegatio patri obiiciebat: uenit i cubiculũ tribuni ſtrictoq; gladio coegit eũ in uerba ſua iurare nõ perſeueraturũ ſe in accuſatione: tunc omnia precioſa omiſſa ſunt: In patẽtem uoraginẽ urbis Romæ Curtius armatus equo ſe præcipitauit eaq; expleta eſt. Manlius adoleſcens: q patrẽ a tribunitia uexatione liberauerat: contra gallum prouocantẽ aliquem ex militibus romanis in ſingulare certamen deſcendit: eiq; occiſo torquẽ aureũ detraxit: quem ipſe poſtea tulit & ex eo Torquatus eſt nuncupatus duæ tribus additæ pompeiana & publica. Lucinius Stolo lege ab ipſo lata damnatus eſt: quod plus quigentorũ iugerũ agri poſſideret. Marcus Valerius tribunꝰ militum gallũ: a quo prouocatus erat inſidẽte galea coruo: & unguibus: roſtroq; infeſtante: hoſtẽ interemit: & ex eo Coruini nomẽ accepit: conſulq; proximo ãno creatus eſt ob uirtutem: cum uigeſimum tertium haberet annũ. Amicitia cum carthaginenſibus iuncta. Campani cum urgerentur a ſamnitibus bello auxilio aduerſus eos a ſenatu petito: cum id non impetraret: urbem: atq; agros populo Romano dediderunt: ob quam cauſam ea quæ populi romani facta eſſent: defendi bello aduerſus ſamnites placuit. Cum ab Aulo Cornelio cõſule exercitus in iniquũ locum deductus in magno diſcrimine eſſet: Publii decii tribuni militum opera ſenatus eſt: qui occupato colle ſuper id iugum in quo ſamnites dederant: occaſionem conſuli in æquiorem locum euadendi dedit: ipſe ab hoſtibus circũſeſſus erupit. Milites romanos: qui Capuæ in præſidio erãt relicti: cum de ea occupanda urbe conſpiraſſent: & detecto conſilio: metu ſupplicii a populo romano defeciſſent: per Marcum Valerium Coruinũ dictatorẽ: qui conſilio ſuo eos a furore reuocauerat: patriæ reſtituti ſunt.

## ❡EX LIBRO OCTAVO.

LAtini cum campanis defecerunt: & miſſis legatis ad ſenatum conditionem tulerunt: ut ſi pacem habere uellent: alterum ex latinis conſulem facerent. Qua legatione perlata p̃tor eorum Annius de capitolio ita prolapſus eſt: ut examinaretur. Titus Manlius conſul filium eius quod contra edictum pugnauerat aduerſum latinos: quanuis proſpere pugnaſſet ſecuri percuſſit. Laborantibus romanis Publius Decius tunc cum Manlio deuouit ſe ꝓ exercitu: & concitato equo cum in medios hoſtes ſe intuliſſet: interfectus morte ſua romanis uictoriam reſtituit: latini in deditionem uenerunt. Tito Manlio in urbem reuerſo nemo ex iuuẽtute obuiam proceſſit. Minutia uirgo ueſtalis inceſti damnata eſt. Auſonibus uictis i oppidum Cales colonia deducta eſt: item Fregellæ colonia deductæ ſunt. Veneficium quam plurium matronarum compræhenſum: quarũ plurimæ ſtatim epotis medicaminibus perierunt lex de ueneficio tunc primum conſtituta eſt. Priuernatibus: cum rebellaſſent: uictis ciuitas data eſt. Neapolitani uicti bello: & obſidione in deditionem uenerunt. Quintio Publio: qui eos obſederat primum imperium prolatum: & per conſules ei decretus trihumphus Plebs nexu liberata eſt propter Lucii Papyrii creditoris libidinem: qui Gaio publio debitori ſuo ſtuprum inferre uoluerat Cum Lucius Papyriꝰ dictator reuerſus in urbem ab exercitu eſſet propter auſpicia repetenda Quintius Fabius magiſter equitum occaſione rei bene gerendæ inuitatus contra edictum eius præliatus eſt: qui proſpere aduerſus ſamnites pugnauit: ob eam cauſam cum dictator de magiſtro equitum ſupplicium ſumpturus uideretur. Fabius Romam profugit: & cum cauſa parum proficeret: populi precibus donatus eſt: Res præterea contra ſamnites proſpere geſtas continet.

## ❡EX LIBRO NONO.

VEturius & Sp. poſthumius apud caudinas furcas deducto in locũ iniquũ exercitu: cũ nulla ſpes euadendi eſſet: fœdere cũ ſamnitibus facto: & ſexcẽtis equitibꝰ romanis obſidibꝰ datis: ita exercitum abduxerunt: ut omnes ſub iugũ mitterẽtur: iidemq; auctore Spurio poſthumio conſule: qui in ſenatu ſuaſerat: ut eorũ deditione: quorũ culpa tam deforme fœdus ictũ erat: publica fides liberaret cũ duobus tribu. ple. & omnibus: qui p fœdus ſpopõderãt: dediti ſamnitibus non ſunt recepti: nec etiã multo poſtea fuſis a Papyrio Curſore ſamnitibus & ſub iugum miſſis receptiſq; ſexcentis equitibus romanis: q obſides dati erãt: pudor prioris flagitii abolitus eſt. Tribus duæ adiectæ ſunt ofentina & faletia. Sueſſa: & pontia coloniæ deductæ ſunt. Appiꝰ Claudius cenſor aquã perduxit: uiam ſtrauit: quæ appia uocata eſt: libertinorum filios in ſenatum legit: ideoq; quoniam is ordo uidebat inquinatus indignis: ſequẽtis anni cenſores in ſenatu legendo obſeruauerunt: quemadmodũ ante per proximos cenſores obſeruatũ fuerat. Res præterea contra Appluos: æthruſcos: umbros marſos: pelignos: equos: & ſamnites: quibus fœdus erat reſtitutũ: proſpere geſtas cõtinet. Flauius Scriba libertino patre natus ædilis curulis fuit p forenſem factionẽ creatus: quæ cũ comitia & campum turbaret: & in iis propter nimias uires dominaretur: a Quinto Fabio cẽſore in quattuor tribus redacta eſt eaq; res Fabio Maximo nomẽ dedit. In hoc libro mentionẽ habet Alexandri: qui temporibus his fuit: & æſtimatis populo romano uiribus quæ tũc erãt colligit: ſi Alexander in Italiam traieciſſet non tam facilem ei uictoriam de populo romano fore: quam de iis gentibus: quas ad orientem imperio ſuo ſubiecerat.

## ❡EX LIBRO. X.

COloniæ deductæ ſunt Sora & Alba:carceoli marſi in deditionem accepti ſunt: collegiũ
augurum ampliatum eſt:ut eſſent nouem:cum antea quaterni fuiſſent.Lex de ꝓuoca=
tioue ad populum a Valerio conſule tunc primum lata ē.Duæ tribꝰ adiectæ ſunt anien
ſis & terentina Samnitibus bellum indictum:& aduerſus eos ꝓſpere pugnatum eſt. Cũ
aduerſus æthruſcos:umbros: Samnites:gallos Publio Decio & Quinto Fabio ducibus pugnare
tur:romanuſq; exercitus in maximo eſſet diſcrimine.Publius Decius ſecutus exemplum pr̄is deuo
uit ſe pro exercitu:& morte ſua uictoriā eius pugnæ po.ro.dedit.Papyrius Curſor ſamnitiũ exerci=
tũ qui iureiurando aſtrictus ſuo:quo maiore conſtantia uirtutis in aciem deſcenderet:fudit. Cen=
ſus actus ē:luſtrũ cōditũ cēſa ſunt ciuiũ capita ducenta ſeptuaginta duo milia & trecenta uiginti.

## ¶EX LIBRO.XI.

CVm Fabius Gurges con.male aduerſum ſamnites pugnaſſet:& ſenatus de remouendo
eo ab exercitu ageret.Fabius maximus pater deprecatus hanc filii ignominiam ; eo ma
xime ſenatum mouit:q᷑ iterum ſe filio legatum pollicitus eſt:idq; præſtitit:atq; eius cō
ſiliis & opera filius conſul adiutus cæſi ſamnitibus triumphauit. Gaium Pontium im=
peratorem ſamnitium ductum in triumpho ſecuri pcuſſit.Cum ciuitas peſtilentia laboraret : miſ=
ſis legatis:ut Aeſculapii ſignum Romam ab Epidauro transferrent:anguem:qui ſe in nauem eo=
rum cōtulerat:in quo ipſum numē eſſe conſtabat:deportauere:eoq; in inſulam tyberis egreſſo: eo=
dem loco ſedes Aeſculapii conſtituta ē.Lucius Poſthumius conſularis:qm̄ cū exercitu pēſſet: opa
militum in agro ſuo uſus eſſet:damnatus eſt:ſamnitibus pacem petentibus fœdus quarto renoua
tum eſt.Curius Dentatus conſul ſamnitibus cæſis & ſabinis:qui rebellauerant:uictis:& in deditio
nem acceptis:bis in eodem magiſtratu triumphauit.Coloniæ deductæ ſunt Caſtrum Sena Adria
Triumuiri capitales tunc primum creati ſunt.Cenſus actus eſt luſtrum conditum:cenſa ſunt ciui
um capita.cclxxiii.m.Plebs propter æs alienum & graues & longas ſeditiones ad ultimum receſſit i
ianiculum:unde a.Q.Hortenſio dictatore deducta eſt iſq; in ipſo magiſtratu deceſſit . Res pterea
contra uolſcinienſes geſtas continet:item aduerſus lucanos cōtra quos auxiliũ tyrrhenis ferre pla=
ceatur.

## ¶EX LIBRO.XII.

CVm legati romanorum a gallis ſenonibus interfecti eſſent:bello ob id gallis indicto .L.
Cecilius prætor cum legionibꝰ ab iis cæſus eſt.Cum a tarentinis claſſis romana direpta
eſſet:duce qui pērat claſſi occiſo:legati ad eos a ſenatu:ut de iis iniuriis q̄rerentur: miſſi
pulſati ſunt ob id bellum iis indictum eſt.Samnites defecerunt aduerſus eos:& Lucanos
& Brutios & æthruſcos aliquot præliis a compluribus ducibus bene pugnatum eſt.Pyrrhus epiro
tarum rex:ut auxilium ferret tarentinis:in Italiam uenit.Cum in præſidium rheginorum legio cā=
pana cum præfecto Decio Iubellio miſſa eſſet:occiſis rheginis.Rhegium occupauit.

## ¶EX LIBRO.XIII.

VAlerius Leuinus conſul parum proſpere aduerſus Pyrrhũ pugnauit:elephantorũ maxi
me inuſitata facie territis militibꝰ:poſt id prælium cum corpora romanorum:q̄ i acie ce
ciderāt.Pyrrhus inſpiceret:omnia uerſa i hoſtē iuenit:populabũduſq; ad urbem Romā
proceſſit.G.Fabritius miſſus ad eũ ut de redimēdis captiuis ageret:fruſta:ut pr̄iam de=
ſereret:a rege temptatus eſt captiui ſine ptio remiſſi ſunt.Cyneas legatus a Pyrrho ad ſenatũ miſſus
petiit:ut componendæ pacis cā rex in urbē recipet̃:de qua re cum ad frequentiorem ſenatum refer
ri placuiſſet. Ap.Claudius:q̄ pp inualitudinem oculorum iā diu a conſiliis pub.abſtinuerat:uenit
in curiam:& ſententia ſua tenuit:ut id Pyrrho negaret̃.P.Domitius cēſor primus ex plebe luſtrum
cōdidit:cēſa ſunt ciuium capita.cclxxviii.milia.ccxxii.Iterum aduerſus Pyrrhum dubio.euentu pu
gnatũ ē.Cum carthaginēſibꝰ quarto fœdus renouatum eſt.Cum.G.Fabricio conſuli iis q̄ ad eũ a
Pyrrho trāſfugerat:polliceretur ſe regi uenenum daturum:cum indicio ad regem remiſſus ē. Res
pterea contra æthruſcos. Lucanos: & Brutios:& ſamnites ꝓſpere geſtas continet.

## ¶EX LIBRO.XIIII.

PYrrhus in Siciliā traiecit. Cũ inter alia ꝓdigia fulmine deiectũ eēt i capitolio Iouis ſignũ
caput eius per aruſpices iuentum eſt.Curius Dentatus:cum delectum haberet eius qui
citatus nō rn̄derat: bona uēdidit. Pyrrhũ iterũ ex Sicilia in Italiam reuerſum uicit:& Ita
lia expulit.Fabricius cenſor Publium Cornelium Ruffinum conſularem ſenatu mouit
q̄d decem argenti pondo facti haberet.Luſtro a cenſoribus condito:cēſa ſunt capita ciuium.cclxxi.
milia.ccxxiiii.Cũ Ptolemæo ægypti rege ſocietas iuncta eſt.Sextilia uirgo ueſtalis damnata inceſti
uiua defoſſa eſt.Coloniæ deductæ ſunt Poſſidonia & Conſa.carthaginenſium claſſis auxilio ma=
mertinis uenit:quo facto ab iis fœdus uiolatum eſt.Res præterea contra Lucanos ſamnites & bru=
tios fœliciter geſtas:& pyrrhi mortem continet.

## ¶EX LIBRO.XV.

VIctis tarētinis pax & libertas data ē. Legio campana: q̄ Rhegium occupauerat : obſeſſa
deditiōe facta ſecuri pcuſſa eſt Cũ legatos apolloniatiũ ad ſenatum miſſos:quidā iuue=
nes pulſaſſent:dediti ſunt apolloniatibꝰ. Picētibus uictis pax data. Coloniæ deductæ
Ariminum in Piceno:Beneuentum in ſamnio. Tunc primum po.ro.argēto uti cœpit.
Vmbri & ſaleni uicti in deditionem accepti ſunt.Quæſtorum numerus ampliatus eſt.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

## ☙EX LIBRO.XVI.

ORigo Carthagineſium: & primordia urbis referunt: cõtra quos & Hieronem regẽ ſyracuſanorum auxilium Mamertinis ferẽdũ cẽſuit ſenatus: cũ de ea re inter ſuadẽtes: ut id fieret: diſſuadẽteſq; cõtẽtio fuiſſet. Trãſgreſſis tũ primum mare eqtibus romanis aduerſus Hieronẽ ſæpius bene pugnatũ petẽti pax data ẽ. Luſtrũ a cẽſoribus cõditũ: cẽſa ſunt ciuium capita. cclxxii. milia. ccxxiiii. D. Iunius Brutus munus gladiatoriũ ĩ honorẽ defuncti pr̃is ædidit primus. Colonia Eſernia deducta ẽ. Res p̃terea cõtra pœnos & uolſcos ꝓſpere geſtas continet.

## ☙EX LIBRO.XVII.

CN. Cornelius con. a claſſe punica circũuẽtus: & ꝑ fraudẽ ueluti in colloquiũ euocat⁹ captus ẽ. Gn. Duilius cõſul aduerſus claſſem pœnorũ ꝓſpe pugnauit: primuſq; oĩum romanorũ ducũ naualis uictoriæ duxit triũphũ: ob quã cãm ei ꝑpetu⁹ honos habitus ẽ: ut reuertẽti a cœna tibinices canerẽt: & funale p̃ferret. L. Cornelius cõſul ĩ Sardinia cõtra Sardos: & Corſos: & Hãnonẽ pœnorũ ducẽ feliciter pugnauit. Attilius Calatinus cõſul: cũ ĩ locũ iniquũ a pœnis circũſeſſum temere duxiſſet exercitũ. M. Calphurnii tri. militũ uirtute & opa euaſit: q cũ trecẽtis militib⁹ eruptiõe facta hoſtes ĩ ſe cõuertit. Hãnibal dux pœnorũ uicta claſſe: cui p̃fuerat: a militibus ſuis ĩ crucẽ ſublatus ẽ. Attilius regulus conſul uictis nauali p̃lio pœnis ĩ Africã traiecit.

## ☙EX LIBRO.XVIII.

ATtilius Regulus in Africa ſerpẽtẽ potẽtoſæ magnitudinis cum maxima militũ clade occidit: & cũ aliquot prælíis aduerſum Carthaginẽſes pugnaſſet: ſucceſſorq; a ſenatu ꝓſpe bellũ gerenti nõ mitteret: id ipſum ꝑ lr̃as ad ſenatum miſſas cõqueſtus eſt: ĩ qbus inter cauſas petẽti ſucceſſoris: qꝺ agellus ei⁹ a mercenariis deuaſtaretur. Quærẽte deide fortuna: ut magnum utriuſq; caſus exemplum ĩ Regulo ꝓderetur: accerſito a Carthaginenſibus Xãtippo lacedæmoniorũ duce uictus p̃lio & captus eſt. Res deinde a ducibus Romanis oĩb⁹ terra mariq; ꝓſpere geſtas deformauere naufragia claſſium. Titus Corũcanus prim⁹ ex plebe põti ex maximus creatus eſt. M. Sempronius Scopus Valerius Maximus cẽſores: cũ ſenatũ legerẽt. xiii. ſenatu mouerũt: luſtrũ condiderunt: quo cẽſa ſunt ciuiũ capita. cccxvii. m. ccxvii. Regulus miſſus a Carthaginẽſib⁹ ad ſenatũ ut de pace: & ſi eam minime impetraret: de captiuis commutãdis ageret: iureiurãdo aſtrictus ẽ rediturum ſe Carthaginem: ſi commutari captiuos nõ placuiſſet: utrunq; negandi auctor ſenatui fuit: & cũ fide cuſtodita reuerſus eſſet: ſupplicio a Carthaginẽſib⁹ de eo ſumpto piit.

## ☙EX LIBRO.XIX.

CEcilius Metellus rebus aduerſus pœnos ꝓſpe geſtis ſpecioſiſſimum egit triũphum. xiii. ducibus hoſtium & centum uiginti elephãtis in eo ductis. Claudi⁹ pulcher con. q contra auſpicia ꝓfectus iuſſit immergi pullos: q cibari nolebant: infeliciter aduerſus Carthaginẽſes claſſe pugnauit: & reuocatus a ſenatu iuſſuſq; dictatorẽ dicere. G. Glauciam dixit ſortis ultimæ hominem q coactus abdicare ſe magiſtratu poſtea ludos prætextat⁹ ſpectauit. Attili⁹ Calatinus prim⁹ dictator extra Italiam exercitum duxit. Cum pœnis captiuorum commutatio facta ẽ. Coloniæ deductæ ſunt Fregellæ in agro ſalẽtino Brũduſium. Luſtrum a cẽſoribus cõditum ẽ: cẽſa ſunt ciuium capita. ccli. milia ducẽtũ uiginti duo. Claudia ſoror Publii Claudii: q cõtemptis auſpiciis male pugnauerat: a ludis diuertẽs: cum turba premeret: dixit: utinam frater me⁹ uiueret: iterumq; claſſem duceret: ob eam cauſam mulctata eſt. Duo prætores tum primum creati ſunt. Cecilius Metellus pontifex maximus. A. Poſthumium cõſulem: qm̃ idem & flamen Martialis erat: cum ille ad bellum gerẽdũ proficiſci uellet: ĩ urbe tenuit: nec paſſus ẽ a ſacris recedere. Reb⁹ aduerſus pœnos pluribus ducibus geſtis ſummam uictoriæ. G. Luctatius con. uicta ad Aegades iſulas claſſe pœnorum finem bello ĩpoſuit. Petẽtibus Carthaginenſibus pax data ẽ. Cum templũ Veſtæ arderet. Cecilius Metellus Põtifex maximus ex ĩcẽdio ſacra rapuit. Duæ tribus adiectæ ſunt uelina & æſqlina. Faliſci: cum rebellaſſent: ſexto die domiti in deditionem uenerunt.

## ☙EX LIBRO.XX.

SPoletũ colonia deducta ẽ. Aduerſum ligures tũc primum exercitus ꝓmotus ẽ. Sardi & coſi: cũ rebellaſſent: ſubacti ſunt. Tutia uirgo ueſtalis iceſti damnata ẽ. Bellum illyricis ꝓpter unũ ex legatis: qui ad eos miſſi erãt: occiſum ĩdictũ ẽ: ſubactiq; ĩ deditionẽ uenerũt. Prætorũ numerus ampliatus ẽ: ut eẽnt q̃ttuor. Galli trãſalpini: q ĩ Italiã erupant: cæſi ſunt: eo bello po. ro. ſocioꝝ latiniq; nois trecẽta milia armatoꝝ hãbuiſſe dr̃. Exercitibus Romanis tũ primũ trãſ padũ ductis galli iſubres aliquot p̃liis ĩ deditionẽ uenerũt. M. Claudi⁹ Marcellus cõſul: occiſo iſubriũ galloꝝ duce Viridomato opima ſpolia rettulit. Hiſtri ſubacti ſunt. Iterũ illyrici: cũ rebellaſſent: domiti ĩ deditionẽ uenerũt. Luſtrũ a cẽſoribus cõditum ẽ: ex quo cẽſa ſunt ciuium capita. cclxx. milia. Libertini ĩ q̃ttuor tribus redacti ſunt: cũ antea diſpſi fuiſſent: æſqlinã: pallatinã: ſuburnã: collinã: muniuit: & circũflaminiũ extruxit. Coloniæ deductæ ſũt ĩ agro a gallis capto Placẽtia & Cremona.

## ☙EX LIBRO.XXI.

IN Italiã belli punici ſecundi acta narrant: & Hãnibalis pœnorũ ducis cõtra fœdus ꝑ iberũ amnẽ tranſitus: a quo Sagũtus ſociorũ po. ro. ciuitas octauo mẽſe capta ẽ: de quibus iniuriis miſſi legati ad carthaginẽſes: qui q̃rerent: & cũ ſatiſfacere nollẽt: bellũ iis ĩdictũ ẽ. Hãnibal: ſupato pyreneo ſaltu: ꝑ Gallias fuſis Volſis: qui obſiſtere ei conati erãt: ad alpes uenit: &

laborioſo p eas tranſitu cum mõtanos quoqꝫ gallos obuios aliquot præliis repuliſſet: deſcẽdit ĩ Italiam: & ad Ticinum amnem romanos eq̄ſtri ꝑlio fudit: ĩ quo uulneratum Publiũ Cornelium Scipionem protexit filius: q Africani poſtea nomẽ accepit. Iterumqꝫ exercitu Romano ad flumẽ Trebiam fuſo: Hannibal appœnninũ p maximã militum uexationẽ propter uim tempeſtatem tranſit. Gn. Cornelius Scipio in Hiſpania contra pœnos proſpere pugnauit: duce hoſtiũ Magone capto.

¶EX LIBRO.XXII.

HAnnibal per continuas uigilias in paludib⁹ oculo amiſſo uenit in æthruriã: p q̃s paludes q̃triduo & tribus noctibus ſine ulla req̃e iter fecit. Gaius Flamini⁹ conſul homo temerarius cõtra auſpicia profectus: ſignis militaribus effoſſis: quæ tolli nõ poterãt: & ab equo quem conſcenderat: per caput deuolutus: ĩſidiis ab Hãnibale circũuentus ad Trãſimenũ lacũ cum exercitu cæſus ẽ. Sex milia: quæ erupant: ſide ab Maharbale data pſidia Hãnibalis uincta ſunt. Cum ad nũciũ cladis Romæ luctus eſſet: duæ matres inſperato receptis filiis gaudio mortuæ ſunt. Ob hanc cladem ex ſibyllinis libris per ſacrum uotũ. Cum deinde Quintus Fabi⁹ Maximus dictator aduerſus Hannibalem miſſus nollet acie cum eo cõfligere: ne cõtra ferocẽ tot uictoriis hoſtẽ aduerſis præliis militem pugnæ committeret: & opponẽdo ſe tãtũmodo conat⁹ Hannibalis impediret: Marcus Minutius magiſter eq̄tum ferox & temerarius criminãdo dictatorem tanq̃ timidum & ſegnem effecit: ut populi iuſſu ei imperium cum dictatore æquaretur: diuiſoqꝫ exercitu: cum in iniquum locum conflixiſſet: & ĩ maximo diſcrimine legiões eius eſſent: ſupueniẽte cũ exercitu Fabio Maximo ex diſcrimine liberatus ẽ: quo beneficio uictus caſtra cum eo iunxit: & patrem eum ſalutauit: idemqꝫ milites facere commilitonib⁹ iuſſit. Hannibal uaſtata Campania inter Caſilinum oppidũ & Calliculam mõtem a Fabio clauſus: ſarmẽtis ad cornua boum alligatis & incenſis pſidium Romanorum: qđ Calliculam ĩſidebat fugauit: & ſic tranſgreſſus eſt ſaltũ. Idemqꝫ Fabii Maximi dictatoris: cum circũpoſita ureret: agro pepercit: ut illũ tanq̃ ꝓditorẽ ſuſpectum faceret. Aemilio deĩde Paulo & Terentio Varrone conſulib⁹ & ducib⁹ cum maxima clade aduerſus Hannibalem ad Cãnas pugnatum ẽ: cæſaqꝫ eo prælio Romanorũ quadragita quinqꝫ milia cum Paulo cõſule & ſenatoribus nonagita: cõſularibus: atqꝫ p̃toriis aut ædiliciis triginta. Poſtq̃ cladem cum a nobilib⁹ adoleſcẽtibus ꝓpter deſpationẽ conſilium de relĩquẽda Italia iniret: Publius Cornelius Scipio tribun⁹ militũ: q poſtea Africanus nũcupatus ẽ: ſtricto ſuper capita deliberãtiũ ferro iurauit pro hoſte ſe habiturum eum: q in uerba ſua nõ iuraſſet: effecitqꝫ ut omnes minime relictum iri a ſe Italiam iureiurãdo aſtringerentur. Propter paucitatem uero militum ſuorũ octo milia armata ſunt. Captiui: cum poteſtas eſſet redimẽdi: redempti non ſunt. Præterea trepidationẽ urbis & luctum: & res in Hiſpania meliore euentu geſtas continet. Oppia & Florentia ueſtales uirgĩes inceſti damnatæ ſunt. Varroni obuiam itum eſt: & gratiæ actæ qđ de repu. non deſperaſſet.

¶EX LIBRO.XXIII.

CAmpani ad Hãnibalem defecere. Nuncius cannenſis uictoriæ Mago Carthaginẽſem miſſus anulos aureos a digitis occiſorum Romanorum detractos ĩ ueſtibulo curiæ fudit: quos exceſſiſſe modii menſuram tradit. Poſt quem q̄dem nũcium Hanno ex pœnis uir nobiliſſim⁹ ſuadebat ſenatui Carthaginẽſium: ut pacem a po. ro. peterent: nec tenuit obſtrepẽte Barchina factiõe. Claudi⁹ Marcellus p̃tor ad Nolã eruptõe aduerſus Hãnibalẽ ex oppido facta ꝓſpere pugnauit. Caſilinum a pœnis obſeſſum ita fame uexatũ eſt: ut lora: & pelles ſcutis detractas: itẽ mures eẽnt: & nucib⁹ p uulturnum amnem a Romanis miſſis: uixerũt. Senatus ex eq̄ſtri ordine hominibus centum nonagita ſeptem ſuppletus eſt. L. Poſthumius p̃tor a gallis cum exercitu cæſus ẽ. Gn. & P. Scipiones in Hiſpania Haſdrubalem uicerũt: & Hiſpaniam ſuam fecerũt. Reliquiæ cãnẽſis exercitus ĩ Siciliã relegatæ ſunt: ne recederẽt ide: niſi finito bello. Sẽproni⁹ Gracchus cõſul cãpanos cecidit. Claudius Marcellus p̃tor Hãnibalis exercitũ ad Nolã ꝑlio fudit & uicit: primuſqꝫ omnium tot cladib⁹ feſſis romanis meliorem ſpem belli dedit. Inter Philippũ Macedonũ regem & Hãnibalẽ ſocietas iuncta eſt. Præterea in Hiſpania feliciter a Publio & Mãlio p̃torib⁹ aduerſus pœnos res geſtas continet: a q̄bus Haſdrubal dux & Mago & Hanno capti. Exercitus Hãnibalis p hyberna Capuæ ita luxuriatus eſt: ut corporum uiribus atqꝫ animorum eneruaretur.

¶EX LIBRO.XXIIII.

HIeronymus ſyracuſanorum rex: cuius pater Hiero amicus po. ro. fuerat ad carthaginẽſes defecit: & pp crudelitatẽ ſupbiãqꝫ a ſuis interfectus ẽ. Titus Sempronius Gracchus proconſul ꝓſpere aduerſus pœnos & Hãnibalem ducem ad Beneuentum pugnauit ſuorꝫ maxĩe opa: quos liberos eẽ iuſſit. Claudius Marcellus conſul ĩ Sicilia: q̃ ꝓpe tota ad pœnos defecerat: Syracuſas obſedit. Philippo Macedonũ regi bellũ indictũ ẽ: q ad Apolloniã nocturno ꝑlio oppreſſus fugatuſqꝫ in Macedoniã cũ ꝓpe inermi exercitu profugit: ad id bellum gerendũ Valerius prætor miſſus ẽ. Celtiberi quoqꝫ ĩ amicitiam recepti ſunt: quorum auxiliis accitis tũc primum mercenarium militem Romana caſtra habuerũt. Res p̃terea in Hiſpania a. P. & Gn. Scipionibus aduerſus Carthaginẽſes geſtas continet. Syphax rex Numidarum ĩ amicitiam aſcitus contra Maſiniſſam regem Maſſiliorum pro Carthaginenſibus pugnãs uictus: in Hiſpaniam ad Scipionẽ cum maxima manu tranſiit contra Gades: ubi anguſto freto Africa & Hiſpania dirimuntur.

¶EX LIBRO.XXV.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

PVblius Cornelius Scipio poſtea Africanus ante legitimos annos ædilis factus ē. Hannibal urbē Tarētū præter arcē ꝑ tarētinos iuuenes:q ſe noctu uenatū ire ſimulauerāt: cepit. Ludi apollinares ex martiis carminibus:quibus cannenſis clades p̄dicta fuerat: iſtituti ſūt. A Quinto Fuluio & a Publio Claudio cōſulibꝰ aduerſus Hānonē pœnorū ducē ꝓſpere pugnatū ē. Titus Sēpronius Gracchus ꝓcōſul ab hoſpite ſuo Lucano i iſidias ductꝰ a Magone itereptus ē. Cētenius penula:qui cēturio militauerat:cū petiſſet a ſenatu:ut ſibi exercitꝰ darex pollicituſꝗ eēt:ſi hoc īpetraſſet:de Hānibale uictoriā:octo milibus acceptis militū dux factus conflixit acie cū Hānibale:qui cū exercitu eū cecidit:Capua obſeſſa ē a Quito Fuluio & a Publio Claudio cōſulibꝰ. Gn. Fuluiꝰ p̄tor male aduerſus Hānibalē pugnauit:i quo ꝓlio hoīum uigiti milia ceciderūt:ipſe cū eqtibꝰ ducētis effugit. Claudiꝰ Marcellus Syracuſas expugnauit anno tertio:& igēte ſe uirū geſſit:i eo tumultu urbis captæ Archimedes ītētus formis:q̄s in puluere deſcripſerat:interfectus ē. P. & Gn. Scipiōes in Hiſpania tot tātarūꝗ rerū feliciter geſtarū triſtē exitū tulerunt:ꝓpe cum totis exercitibus cæſi anno octauo quā i Hiſpaniā iuerat. Amiſſaꝗ eius ꝓuinciæ poſſeſſio foret: niſi L. Martii equitis Romāi uirtute & iduſtria cōtractis exercituū reliqis:eiuſdē hortatu bina caſtra hoſtiū expugnata eēnt:ad. xxvii. milia cæſa ex mille octigētis:p̄da igēs capta:dux Martiꝰ appellatꝰ ē.

## ℂEX LIBRO. XXVI.

HAnnibal ad tertiū ab urbe Roma lapidē ſup Aniene caſtra poſuit:ipſe uero cū duobꝰ milibus equitū uſꝗ ad portam Capenā:ut urbis ſitum exploraret:obequitauit: & cum ꝑ triduū in aciē utrinꝗ exercitus ois deſcēdiſſet:certamē tēpeſtas diremit:nā cū in caſtra rediſſent:ſtatim ſerenitas erat. Capua capta ē a. Q. Fuluio & Ap. Claudio cōſulibꝰ: pricipes cāpani ueneno ſibi cōſciuerūt mortē. Cū ſenatus cāpanorū deligatus eſſet ad palos: ut ſecuri ferirex:lrās a ſenatu miſſas. Q. Fuluius cōſul:quibus iubebax parcere:anteq̄ legeret:in ſinu poſuit: & lege agi iuſſit:& ſupplicium peregit. Cū in comitiis apud populū quæreretur:cui mandarex Hiſpaniarum impium: nullo id uolente ſuſcipe. P. Scipio. P. filius:qui iu Hiſpania ceciderat: ꝓfeſſus eſt ſe iturum:& ſuffragio populi:conſenſuꝗ omnium miſſus nouam carthaginem uno die expugnauit:cum ageret uigeſimum q̄rtum annum:uidereturꝗ diuina ſtirpe creatus:quoniam & ipſe: poſteaq̄ togam accepat:quottidie in capitolio erat:& in cubiculo matris eius anguis ſæpenumero uiſus eſt. Res p̄terea in Sicilia geſtas continet: & amicitiam cum ætolis iunctam. Bellumꝗ geſtum aduerſum Acarnanes & Philippum Macedonum regem.

## ℂEX LIBRO. XXVII.

CN. Fuluius proconſul cum exercitum ab Hānibale cæſus eſt. Meliore euētu a Claudio Marcello cōſule aduerſus eundem ad Numiſtronē pugnatū eſt:inde Hānibal noctu receſſit Marcellus inſecutus ē:& ſubide cedētē preſſit:donec effugeret. Priore pugna Hānibal ſupior fuit. Marcellus iſequēti. Fabius Maximꝰ pater cōſul tarētinos ꝑ deditionē accepit. Claudiꝰ Marcellus. T. Quitiꝰ Criſpinus cōſules ſpeculādi cā egreſſi a caſtris iſidiis ab Hānibale circūuēti ſunt. Marcellus occiſus fuit. Criſpinus fugit. Luſtrū a cēſoribus cōditū ē: cēſa ſunt ciuiū capita cētū uigiti ſeptē milia & cētū octo:ex quo numero apparuit q̄tū hoīum tot ꝓliorū aduerſa fortuna po. ro. abſtuliſſet. In Hiſpania ad Betuliā Scipio cū Haſdrubale & Hamilchare conflixit & uicit. Inter alia captū puerū regalē eximiæ formæ ad auūculū Maſiniſſam cū donis miſit. Haſdrubal:q cū exercitu nouo trāſcēderat alpes: ut ſe Hānibali cōiūgeret:cū milibꝰ hoīum. lvi. cæſus ē. M. Liuii cōſulis ductu:nō minore opa Claudii Neronis cōſulis:qui cū Hānibali oppoſitus eēt: relictis caſtris:ita ut inimicū falleret:electa manu ꝓfectus Haſdrubalē circūuenit. Res p̄terea a Publio Scipione in Hiſpania & a. P. Sulpitio prætore aduerſus Philippum:& Achæos geſtas continet.

## ℂEX LIBRO. XXVIII.

REs in Hiſpania ꝓſpere geſtæ a Syllano Scipionis legato:& a Lucio Scipiōe fratre aduerſus pœnos. A. Sulpitio ꝓconſule:& ab Attalio rege Aſiæ aduerſus Philippū regē Macedonū pro ætolis referūtur. Cū. M. Liuio & Claudio Neroni conſulibus triumphꝰ decretus eēt:Liuius:qui in ꝓuincia ſua rē geſſerat:quadrigis inuectus ē:Nero:qui i collegæ ꝓuinciam ut uictoriam eius adiuuaret:uenerat:equo ē ſecutus:& in hoc habitu plus gliæ reuerētiæꝗ habuit:nā & plus in bello quā collega fecerat. Ignis in æde ueſtæ negligētia uirginis: quæ nō cuſtodierat:extinctus ē. Virgo cæſa ē flagro. P. Scipio in Hiſpania cū pœnis bellauit. xiiii. anno eiꝰ belli:anno quito poſteaq̄ ierat:excluſiſꝗ in totum poſſeſſione eius hoſtibus Hiſpaniam recepit: & Tarracone in Africam ad Syphacem regem numidarum duobꝰ nauigiis tranſuectus fœdus iūxit. Haſdrubal Giſgonis:ibi cū eo in eodem lecto cœnauit. Munus gladiatorium in honorē patris patruiꝗ Carthagini nouæ dedit:non ex gladiatoribꝰ ſed ex iis: qui aut in honorem ducis: aut ex prouocatione in certamen deſcendebant:in quo reguli fratres de regno ferro contenderunt. Cum Gytthia urbs ab Romanis oppugnaretur:oppidani liberos:& coniuges rogo extructo occiderūt ſe inſuper p̄cipitauerūt. Ipſe Scipio dum graui morbo implicitus eſſet:ſeditionem in parte exercitus motam confirmatus diſcuſſit:rebellanteſꝗ Hiſpaniæ populos coegit in deditionem uenire. Et amicitia facta eſt cum Maſiniſſa rege numidarum:qui illi quidē auxilium:ſi in Africam traieciſſet pollicebatur. Cum gaditanis quoꝗ poſt diſceſſum inde Magonis:cui ex Carthagine ſcriptū erat: ut in Italiā traiiceret:Romam reuerſus:conſulꝗ creatꝰ Africam prouinciam petenti: contradicēte

Q.Fabio Maximo: Sicilia data eſt: permiſſumqꝫ ut in Africam traiiceret: ſi ex repu. eſſe cẽſeret. Mago Hamilcaris filius a minore Baleari inſula: ubi hyemarat: in Italiam traiecit.

## ⁋EX LIBRO.XXIX.

EX Sicilia Gaius Lelius in Africã a ſcipiõe miſſus ingentem prædam reportauit: & mandata Maſiniſſæ Scipioni expoſuit conquerentis: qđ non exercitum in Africã traieciſſet. Bellũ in Hiſpania finitũ uictore Romano: qđ indibilis excitauerat: ipſe in acie occiſus. Mandonius expoſcentibus romanis a ſuis deditus Magoni: qui ĩ Galliã & liguriã ierat ex Africa: & militũ ampla manus miſſa & pecuniæ: quibꝰ auxilia cõduceret: ꝑceptũqꝫ: ut ſe Hannibali iũgeret. Scipio a Syracuſis in Brutios traiecit: & Locros: pulſo punico præſidio: fugatoqꝫ Hanibale recepit. Pax cũ Philippo facta eſt. Idæa mater deportata ẽ Romam a Peſſimũte oppido Phrygiæ carmine in libris ſybillinis inuẽto: pelli Italia alienigenam hoſtem poſſe: ſi mater Idæa deportata Romam eẽt. Tradita autem ẽ romanis ꝑ Attalum regem Aſiæ. Lapis erat quam matrem deum icolæ dicebãt excipit. P. Scipio Naſica. Gn. filius eius: qui in Hiſpania ꝑierat: uir optimus a ſenatu iudicatus adoleſcens nondum quæſtorius: qm̃ ita reſponſum hẽbatur: ut numen id ab optimo uiro reciperetꝫ: cõſecraretur qꝫ. Locrẽſes legatos Romam miſerũt: qui de impudẽtia Publii Pleminii legati quererẽtur: qđ pecuniam Proſerpinæ abſtulerat: & liberos eorum: & coniuges ſtuprauerat. Pleminius in cathenis Romam ꝑductus in carcere mortuus ẽ. Cum falſus rumor de. P. Scipione ꝓcõſule: qui in Sicilia erat: in urbem perlatus eſſet: tanq̃ luxuriaretur: miſſis ob hoc legatis a ſenatu: qui explorarent: an ea uera eſſent: purgatus infamia Scipio in Africam traiecit ſenatus ꝑmiſſu. Syphax accepta filia in matrimonium Haſdrubalis Giſgonis amicitiæ: quam cum Scipione ipſe iũxerat: renũciauit. Maſiniſſa rex Maſſiliorum: dum pro Carthagine in Hiſpania militat: amiſſo patre Galla de regno exciderat: quo per bellum ſæpe repetitio: aliqđ ꝓliis a Syphace rege Numidarum uictꝰ in totum priuatus eſt: & cum ducẽtis equitibus exul Scipioni ſe iunxit: & cum eo primo ſtatim bello Hannonem Hamilcaris filium cum ampla manu interemit. Scipio aduentu Haſdrubalis & Syphacis: qui ꝓpe cum cẽtum milibus armatorum uenerant: ab obſidione Vticæ depulſus hyberna communiuit. Sempronius conſul in agro crotonienſi proſpere aduerſus Hannibalem pugnauit. Inter cẽſores Marcum Liuium & Claudium Neronem notabilis diſcordia fuit: nã & Claudius Liuio collegæ equum ademit: qđ a po. ro. damnatus: actuſqꝫ in exilium fuerat: & Liuius Claudio qđ falſum in ſe teſtimonium dixiſſet: & qđ minime bona fide ſecum in gratiam rediſſet. Idẽ oẽs tribus extra unam ærarias reliquit: & qđ innocentem ſe damnaſſent: & poſtea conſulem cẽſoremqꝫ feciſſent Luſtrum a cenſoribus conditum eſt: cẽſa ſunt ciuium capita. ccxiiii. milia.

## ⁋EX LIBRO.XXX.

IN Africa Scipio carthaginenſes & eundem Syphacem Numidarum regem Haſdrubalẽqꝫ pluribus ꝓliis uicit adiuuãte Maſiniſſa: binaqꝫ hoſtium caſtra expugnauit: in qbus xl. milia hominum ferro igniqꝫ cõſumpta ſunt. Syphacem per. G. Lælium cepit. Maſiniſſa Sophoniſbã uxorem Syphacis filiam Haſdrubalis captam ſtati adamauit: & nuptiis factis uxorẽ habuit: caſtigatuſqꝫ a Scipione uenenũ ei tranſmiſit: quo qdẽ hauſto illa deceſſit: effectũqꝫ eſt multis Scipionis uictoriis: ut carthaginenſes in deſperationem acti in auxilium publicæ ſalutis Hannibalem ex Italia reuocarent: iſqꝫ anno decimo ſexto italia diſcedens in Africam traiecit: tẽtauitqꝫ per colloquium pacẽ cum Scipione cõponere: & cum de conditionibꝰ pacis nõ cõueniſſet acie uictus eſt. Pax carthaginenſibus data ẽ petentibus. Hannibal Giſgonem pacẽ diſſuadẽtem manu ſua detraxit: excuſata deinde temeritate facti ipſe pacem ſuaſit. Reuerſus in urbẽ Scipio ampliſſimum nobiliſſimũqꝫ egit triũphum: quem. Q. Terẽtius culeo ſenator pileatus ſecutus eſt. Scipio Africanus incertum militari prius fauore an populari aura ita cognominatus ſit: primꝰ certe hic imperator uictæ a ſe nomine gentis nobilitatus eſt. Mago bello: quo in agro inſubriũ cũ Romanis conflixerat: uulneratus: dũ in Africã ꝑ legatos reuocatus reuerteretꝫ: ex uulnere mortuus eſt.

## ⁋EX LIBRO.XXXI.

BElli aduerſus Philippum Macedoniæ regẽ: qđ intermiſſum erat: repetiti cauſæ feruntꝫ hæ: tempore initiorum duo iuuenes acarnanes: qui non initiati erãt: Athenas uenerũt: & in ſacrarium Cæreris cũ aliis pluribus ſuis intrauerunt: ob hoc tanq̃ nefas ſummum commiſiſſent ab atheniẽſibus cæſi ſunt: acarnanes mortibus ſuorũ commoti ad uĩdicãdũ illos auxiliũ a Philippo petierũt: poſt pacẽ carthaginenſibus datam qngenteſimo anno ab urbe cõdita paucis mẽſibus porta Iani clauſa cœptum eſt aũt anno quingẽteſimo quinto. Cũ Atheniẽſiũ: qui obſidebatꝫ a Philippo legati auxiliũ a ſenatu petiſſent: & ſenatus id cẽſuiſſet ferendũ plebe: qđ tot bellorũ cõtinuus labor grauis erat diſſentiente: tenuit auctoritas patrum: ut ſociæ ciuitati ferre quoqꝫ opem populus iuberet. Bellum id. P. Sulpitio con. mandatum eſt: qui exercitu ĩ Macedoniã ducto equeſtribus præliis cum Philippo ꝓſpere pugnauit. Abydeni a Philippo obſeſſi ad exemplum ſanguinorum ſuos: ſeqꝫ occiderunt. L. Furius prætor gallos inſubres rebellantes: & Hamilcharem pœnum bellum in ea parte molientem acie uicit. Hamilchar eo in bello occiſus ẽ: & milia hominum. xxxvi. Præterea expeditiones Philippi regis & Sulpitii conſulis: expugnatiõeſqꝫ urbium ab utroqꝫ factas continet. Sulpiciꝰ cõſul addiuuãtibus rege Attalo & Rhodiis bellum gerebat. Triumphauit de Gallis. L. Furius prætor.

## ¶EX LIBRO.XXXII.

COmplura ꝓdigia ex diuerſis regionibꝰ nunciata referunt: inter quæ in Macedonia in puppi lōgæ nauis laureā eſſe natā. T. Quītius Flaminiꝰ cōſul aduerſus Philippū feliciter pugnauit ī faucibus Epiri: fugatūq; coegit in regnū reuerti. Ipſe theſſaliā: q̄ ē uicina Macedoniæ ſociis: ætolis: & acarnanibꝰ uexauit. L. Quītius Flaminiꝰ cōſulis frater nauali ꝓlio Attalo rege: & Rhodiis adiuuātibus: Euboeā & maritimā orā cepit. Achæi ī amicitiā recepti ſunt. Prætorū numerus ampliatus ē: ut ſeni crearent. Cōiuratio ſeruorū facta de ſoluēdis carthaginēſibus obſidibꝰ oppſſa ē: duo milia necati ſunt. Corneliꝰ cōſul gallos īſubres ꝓlio fudit. Cū lacedæmoniis & tyrāno eorū Nabide amicitia iūcta eſt. Præterea expugnatiōes urbiū ī Macedonia referunt.

## ¶EX LIBRO.XXXIII.

TItus Quintius Flaminius ꝓcōſul cū Philippo ad Cynocephalas in Theſſalia acie uicto debellauit. L. Quintius Flaminius frater ꝓcōſulis acarnanes Leucade urbe: quæ caput ē Acarnaniæ: expugnata in deditionē accepit. Pax petēti Philippo Græciæ libertas data ē. Attalus a Thebis ob ſubitam inualitudinē trāſlatus deceſſit. G. Sēproniꝰ Tuditanꝰ ꝑtor a celtiberis cū exercitu cæſus ē. L. Furius & Claudius Marcellus cōſules boios & inſubres gallos ſubegerūt. Marcellus triūphauit. Hānibal fruſtra ī Africa bellū molitus: & ob hoc Romanis ꝑ epiſtolas aduerſæ factiōſs pricipū delatus: pp metū Romanoꝝ: q legatos ad Carthaginēſiū ſenatū de eo miſerāt: ꝓfugus ad Antiochū regē Syriæ ſe cōtulit bellū contra Romanos parantem.

## ¶EX LIBRO.XXXIIII.

LEx oppia: quā Gnæus Oppius tribunus plebis bello punico de ſtringēdis cultibꝰ matronaꝝ tulerat: cū maxima cōtētiōe abrogata ē: cū Portius Cato auctor fuiſſet: ne ea lex aboleret. Is in Hiſpaniā ꝓfectus: bello q̄d Emporius orſus eſt: citeriorem Hiſpaniam pacauit. T. Quintius Flaminius bellū aduerſus lacedæmonios: & tyrannum eorū Nabidem ꝓſpere geſtum: data iis pace: qualē ipſe uoluit: liberatiſq; agris: qui ſub ditione tyranni erant finiuit. Res ꝑterea in Hiſpania atq; aduerſus Boios: & Inſubres gallos feliciter geſtæ referunt. Senatus tunc primū ſecretus a populo ludos ſpectauit: ut id fieret. Sex. Elius Pætus: & L. Corneliꝰ Cethegus cenſores iteruenerunt cum indignatiōe plebis. Coloniæ plæraq; deductæ ſunt. Marcus Portius Cato de Hiſpania triumphauit. T. Quītius Flaminius: qui Philippum Macedonum regem: & Nabidem Lacedæmonioꝝ tyrannum uicerat. Græciamq; omnem liberauerat: ob hanc rerum factarum multitudinem triduo triumphauit. Legati Garthaginenſium nunciauerunt Hānibalem: qui ad Antiochum cōfugerat: bellum cum eo moliri. Temptauerat autē per Ariſtonem tyrium ſine lr̄is Carthaginem miſſum ad rebellādum pœnos concitare. P. Scipio Africanus legatus miſſus ad Antiochum Epheſi cum Hannibale: qui ſe Antiocho iunxerat: collocutus eſt: ut ſi fieri poſſet: metum uitæ quem ex pop. ro. cōcepat: eximeret. Inter alia cum q̄reretur ab Hannibale: quem fuiſſe maximum imperatorem Hannibal crederet: rn̄dit Alexandrum macedonum regem: q̄d parua manu innumerabiles exercitus fudiſſet: quodq; ultimas oras: quas uiſere ſupra fidem humanam eēt: peragraſſet. Quærenti deinde quem ſecundum poneret: inquit Pyrrhum: eo q̄d caſtrametari docuiſſet: ad hæc neminem elegantius loca cœpiſſe: ꝓſidia diſpoſuiſſe. Exequenti quem tertium diceret: ſemet dixit: ridens Scipio quidnam tu diceres: ſi me inquit uiciſſes? tunc uero inquit: me & ante Alexandrum: & ante Pyrrhum: & ante alios poſuiſſem.

## ¶EX LIBRO.XXXV.

INter ea ꝓdigia: quæ plurima fuiſſe tradunt: bouem. Gn. Domitio conſule locutū Roma caue tibi: refert. Nabis Lacedæmoniorū tyrānus incitatus ab ætolis: qui & Philippū & Antiochum ad inferendum bellum po. ro. ſollicitabant: a po. ro. deſciuit: & bello aduerſus Philopœmenem Achæorum ꝑtorem geſto ab ætolis interfectus e. Aetoli quoq; ab amicitia popu. ro. defecerunt: cum quibus ſocietate iūcta Antiochus Syriæ rex: cum bellū græciæ intuliſſet: complures urbes occupauit: inter q̄s Chalcidem & totā Euboeam. Res ꝑterea in liguribus geſtas: & apparatum belli ab Antiocho continet.

## ¶EX LIBRO.XXXVI.

MArcus Attiliꝰ Glabrio cō. Antiochum apud Termopylas: Philippo rege adiuuāte: uictum Græcia expulit: idemq; ætolos ſubegit. P. Corneliꝰ Scipio Naſica con. ædem matris deū quā ipſe in palatium ītulerat: uir optimꝰ a ſenatu iudicatus dedicauit: idemq; Boios & gallos uictos in deditionem accepit: & de iis triumphauit. Præterea naualia certamina proſpera aduerſus præfectos Antiochi regis referuntur.

## ¶EX LIBRO. XXXVII.

COrnelius Scipio cō legato. P. Scipione Africano: qui ſe fratris legatū futurū dixerat: ſi ei Græcia: & Aſia ꝓuincia decerneretur: cū Gaio Lælio: qui multū in ſenatu poterat: ea ꝓuincia dari uideret: ꝓfectus ad bellū aduerſus Antiochū gerendū: in Aſiā primꝰ oīum Romanoꝝ ducū traiecit. Aemilius Regillus aduerſus regiā claſſem Antiochi feliciter pugnauit ad Myoneſum Rhodiis adiuuātibꝰ. Filiꝰ Africani ab antiocho captus pr̄i remiſſus eſt. Victo deinde Antiocho a Lucio Cornelio Scipiōe adiuuāte Eumene rege Attali ꝑgameni filio pax data: ea cōditiōe: ut oībꝰ ꝓuīciis citra tauꝝ mōtē cederet. Luciꝰ Cornelius Scipio: qui cū An

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tiocho bellauerat:cognomine fratri coæq̃tus Aſiaticus appellatus ē.Colonia deducta ē Bononia
Eumeni:quo iuuãte Antiochus uictus erat:regnum ampliatum.Rhodiis quoq;:q & ipſi iuuerãt:
q̃dã ciuitates cõceſſæ. Aemilius Regillus:q præfectos Antiochi nauali certamine uicerat: naualē
triũphũ duxit.M. Attilius Glabrio de Antiocho quã Græcia expulerat:& de ætolis triumphauit.

## ❡EX LIBRO.XXXVIII.

M.Fuluius con.in Epiro Ambraciēſes obſeſſos p deditionem accepit. Caphaleniã ſube-
git. Aetolis perdomitis pacē dedit.Gn.Manlius con.collega eius Gallogræcos Aeto-
los:Regios: Totoſagios:& Trocinos:qui Brēno duce in Aſiam tranſierant:cum ſoli ci
tra taurũ mõtē minime parerent: uicit. Eorũ origo & cũ ea loca q̃ tenēt:occupauerũtq;:
refert.Exemplnm quoq; uirtutis & pudicitiæ in fœmia traditur:qui cum regis gallogræcorũ uxor
fuerat capta:cēturionē:qui ei uim intulerat:occidit.Luſtrum a cenſoribus conditum ē: cenſa ſunt
ciuium capita.cclix.m.&.cccxxx.Cum Ariarathe rege Cappadociæ amicitia iuncta ē.Gn.Manli⁹
cõtradicentibus decem legatis:ex quorum cõſilio fœdus cum Antiocho cõſcripſerat:de gallogræ
cis acta p ſe cauſa in ſenatu triũphauit.Scipio Africanus die ei dicta:ut q̃dã aiũt:a Petilio Acteio
tri.ple.ut quidam a Næuio q̃d præda cum Antiocho capta ærarium fraudaſſet:poſteaq̃ is dies ue
nit euocatus in roſtra:hac die inquit:q̃rites Carthaginem uici:& ꝓſequente populo capitoliũ aſcē
dit:inde nã amplius tribuniciis iniuriis uexaret:in uoluntarium exilium Linternum cõceſſit:icer-
tum ibi an Romæ defunctus:nam eius monumentum utrobiq; fuit.L.Scipio Aſiatic⁹ frater Afri
cani eodem peculatus crimine accuſatus damnatuſq;:cum in uincula & carcerem duceret. T.Sem
pronius Gracchus tribunus plebis:qui antea Scipionis inimicus erat:iterceſſit:& ob id beneficiũ
Africani filiam duxit.Cum populus quæſtores in bona eius publice poſſidēda miſiſſet: nõ modo
in iis ullum ueſtigium pecuniæ regiæ apparuit:ſed nequaquam tantum in ærarium redactũ:quã-
tæ ſummæ erat damnatus.Collatam a cognatis & amicis innumerabilem pecuniam accipere no-
luit:quæ neceſſitati ei erat ad cultum retenta.

## ❡EX LIBRO.XXXIX.

AEmilius conſul ligurib⁹ ſubactis uiam a Placentia uſq; Ariminum perductã flaminiæ
iunxit.Initia luxuriæ introducta ab exercitu aſiatico referunt.Ligures:quicũq; citra Ap
peninũ erant:ſubacti ſunt.Bacchanalia ſacrum græcũ & quidē nocturnum ſcelerũ oĩum
maximũ ſæminariũ:cum ad ingētis turbæ cõiurationem perueniſſent:a cõſule iueſtiga
tũ & multorũ pœna ſublatũ ē a cenſoribus.M.Valerio Flacco &.M.Portio Catõe & belli & pacis ar
tibus maximo motus eſt ſenatu.L.Quintius Flaminius.T.Quintii frater eo q̃d cum Galliã ꝓui-
ciã cõſul obtinuerat:rogatus a Penio Philippo:quē amabat:ſcorto nobili: gallum quendã ſua ma
nu occiderat:ſiue ut quidam tradiderũt:unum damnatorum ſecuri percuſſerat:rogatus a meretri
ce Placētina:cuius amore deperibat:extat in eũ.M.Catonis oratio.Scipio Literni deceſſit. Et tanq̃
iungente fortuna circa id tempus duo funera maximorum uirorum:Hannibal a Pruſia Bithyniæ
rege:ad quem uicto Antiocho confugerat:cum dederet romanis:qui ad expoſcendũ illũ.T.Quĩ
tiũ Flaminiũ miſerant:ueneno ſibi mortem cõſciuit.Philopœmenes quoq; dux achæorũ uir maxi-
mus eſt a meſſeniis interēptus ueneno:cũ ab iis bello captus eēt.Coloniæ Polētia: & Piſaurum &
Mutina:& Parma deductæ ſunt.Præterea res aduerſum celtiberos ꝓſpe geſtas & initia cauſaq; bel-
li Macedonici continet:cuius origo inde uenit:q̃d Philippus ægre ferebat regnum ſuum minui a
romanis:eo quod cogeretur a thracibus aliiſq; locis præſidia deducere.

## ❡EX LIBRO.XL.

CVm Philippus liberos eorũ:quos in uinculis nobiliſſimorũ quidē hoium hēbat:cong
ri ad mortē iuſſiſſet. Theoxena ꝓ liberis ſuis & ſororis uerita admodũ pueris regis libi-
dinē: ꝓlatis i mediũ gladiis & poculo:i quo erat uenenũ:ſuaſit iis : ut iminens ludibriũ
morte effugerēt & cũ pſuaſiſſet:ipſa etiam ſe iteremit.Certamia iter Philippi Macedoniæ
regis liberos Perſeũ & Demetriũ referũtur:& ut fraude fratris ſui Demetrius cõfictis criminibus:in
ter quæ accuſationē parricidii:& affectionē regni primũ ferro petitus:ad ultimũ q̃m po.ro. amicus
erat:ueneno necat⁹ ē:regnũq; Macedoniæ mortuo Philippo ad Perſeũ deuenit.Itē res i Liguribus
& Hiſpania cõtra celtiberos a q̃pluribus feliciter geſtas continet.Colonia Aq̃leia deducta ē. Libri
Numæ Põpilii i agro.L.Petilii Scribæ ſub ianiculo a cultorib⁹ agri in arca lapidea clauſi: & græci
& latini iuēti ſunt:i q̃b⁹ plura:q̃ diſſoluēdaꝝ religionũ erãt ꝑtor:ad quē delati erãt:cũ legiſſet:iura-
uit ſenatui cõtra rēpublicã eē:ut legerētur ſeruarēturq;:& ex ſenatuſcõſulto i comitio exuſti ſũt.Phi-
lippus ægritudie animi cõfectus:q̃d Demetriũ filiũ falſis alterius filii in eũdē delatiõibus impulſus
ueneno ſuſtuliſſet:& de pœna Perſei cogitauit:uoluitq; Antigonũ potius amicum ſuum ſucceſſo-
rem regni ſui relinquere:ſed in hac cogitatione morte raptus eſt:regnum Perſeus accepit.

## ❡EX LIBRO.XLI.

IGnis in æde Veſtæ extinctus ē.T.Sēpronius Gracchus ꝓcon.celtiberos uictos in dedi-
tionē accepit:monumentũq; opum ſuorũ Gracchorũ oppidũ in Hiſpania conſtituit. Et
a poſthumio Albino ꝓcõſule Vaccei ac Luſitani ſubacti ſunt:de utriſq; triũphauit. An-
tiochus Antiochi fili⁹ obſes romanis a pr̃e datus:mortuo fratre Seleuco:q patri defuncto ſucceſſe
rat i regnum Syriæ ab urbe dimiſſus.Luſtrum a cēſoribus cõditũ ē:cēſa ſunt ciuium capita.cclxiii.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

milia.cclxxxiiii.Q. Volumni⁹ Saxa tri.ple.legē tulit:ne quis hæredē mulierē inſtitueret: ſuaſit legē.M.Cato:extat oratio ei⁹.Præterea res contra ligures:hiſtros:ſardos:& celtiberos a cōplurib⁹ ducibus geſtas continet.Et initia belli macedonici:quod Perſeus Philippi filius moliebatᷣ:miſerat ad Carthagineſes legationē:& ab iis nocte audita erat:ſed & alias Græciæ ciuitates ſollicitabat:q præter religionē quod quā multa tēpla magnifica multis locis erexit Athenis:Iouis olympii & Anthiochiæ uiliſſimū regem egit.

EX LIBRO.XLII.

FVluius Flaccus cenſor tēplum Iunonis Laciniæ tegulis marmoreis ſpoliauit:ut ædem quam dedicauerat:tegeret tegulæ ex.S.C.reportatæ.Eumenes Aſiæ rex ī ſenatu de Perſeo Macedoniæ rege quæſtus ē:cuius iniuriæ in Populū Romanū referuntᷣ:ob quas bello ei in dicto.P.Licinius Craſſus conſul:cui Macedonia decreta erat:in Macedoniam tranſiit:leuibuſq; expeditionibus equeſtribus præliis in Theſſalia cum Perſeo felici euētu pugnauit.Inter Maſiniſſam & Carthaginenſes de agro fuit dies ad diſceptandum a ſenatu datus.Legati miſſi ad ciuitates ſocias & reges rogandos ut in fide permanerēt dubitantibus rhodiis.Luſtrum a cenſoribus conditum eſt:cenſa ſunt ciuiū capita.cclvii.milia.cc.xxxi.Res præterea aduerſus corſos & ligures proſpere geſtas continet.

EX LIBRO.XLIII.

PRætores nōnulli:eo quod auare & crudeliter ꝓuincias adminiſtranſſent:damnati ſunt.P.Licinius Craſſus proconſul quamplures ī Græcia urbes expugnauit & crudeliter diripuit:ob id captiui:qui ab eo uænierant ex.S.C.poſtea reſtituti ſunt.A præfectis claſſiū Romanoꝝ multa impotenter in ſocios facta:Res præterea a Perſeo rege in Tracia proſpere geſtas continet:& uictis dardanis & Illyrico:cuius rex erat Gentius:Motus qui in Hiſpania ab Olomico factus erat:ipſo interempto conſedit.M.Aemilius Lepidus a cenſoribus principes in ſenatu lectus.

EX LIBRO.XLIIII.

CAius Martius Philippus per ſaltus penetrauit in Macedoniam:compluresq; urbes occupauit.Rhodii miſere legatos Romā minantes ut Perſeo eēnt auxilio niſi populus Roman⁹ cum eo pacem atque amicitiam coniūgeret:indigne id latum.Cum id bellum.L.Aemilio Paulo ſequentis anni conſuli iterum mandatum eſſet.Paulus in concione ꝓcatus eſt:ut quicquid diri.Po.Roma.immineret ſupra domum ſuam conuerteretur:& in Macedoniam profectus Perſeum uicit:uniuerſamq; Macedoniam in poteſtatem redegit:antequam confligeret dixit:exercitui ne miraretur:quod luna nocte proxima defectura eſſet.Gentius quoq; rex illyricorum:cum rebellaſſet:a Licinio prætore uictus uenit in deditionem:& cum uxore & liberis & propinquis Romam miſſus.Ab Alexandria legati a Cleopatra & Ptolomæo regibus uenerunt querentes de Antiocho rege *Syriæ*:quod is bellum īferret.Perſeus ſollicitatis in auxilium Eumene rege Pergami & Gentio rege illyricorum:quia iis pecuniam quam promiſerat:minime dabat:ab iis relictis eſt.

EX LIBRO.XLV.

PErſeus ab Aemilio Paulo in Samothracia captus eſt.Cum Anthioch⁹ *Syriæ* rex Ptolemæum & Cleopatram Aegypti reges obſideret:& miſſus ad eum a ſenatu legatis:qui iuberent ab obſidione ſocii regis abſiſteret:æditiſq; mandatis conſideraturum ſe ille:quid faciundum eēt:reſpondiſſet:unus legatorum Popilius uirga regem circūſcripſit:iuſſitq;:antequā circulo excederet:reſponſum daret:qua aſperitate effecit:ut Antiochus bellum omitteret.Legationes gratulantiū populorum:ac regnum in ſenatum admiſſæ.Rhodiorum:quia eo bello contra populum Romanum fuerant excluſa:poſtero die:cum de eo quæreretur:ut iis bellum iudicaretur:cauſam in ſenatu patriæ ſuæ legati egerunt:nec tāquam hoſtes nec tāquam ſocii dimiſſi.Macedonia in prouinciæ formam redacta eſt.Aemilius Paulus repugnantibus militibus eius propter minorem prædam & contradicente Seruio Sulpitio Galba triumphauit:& Perſeum cum tribus filiis ante currum duxit:cuius triumphi lætícia:ne ſolida ei contingeret:duorum filiorum funeribus inſignita eſt:quorum alterius mors patris triumphum præceſſit:alterius ſecuta eſt.Luſtrum conditum ē a cenſoribus:cenſa ſunt ciuium capita.cccxii.milia.d.ccv.Pruſias Bithyniæ rex Romam:ut ſenatui gratias ageret ob uictoriam ex Macedonia partam uenit:& Nicomedem filium ſuum ſenatui cōmendauit:rex plenus adulationis libertum ſe Po.Ro.eē dicebat.

EX LIBRO.XLVI.

EVmenes rex Romam uenit:qui quia macedonico bello ſe medium egeret:ne aut inimicus iudicatus uideretur:ſi excluſus eſſet.aut liberatus crimine:ſi admitteretur:in comitio lex lata ē:ne cuiquam regi Romam uenire liceret.Claudius Marcellus conſul alpinos gallos.G.Sulpicius Gallus ligures ſubegit.Legati Pruſiæ regis conqueſti ſunt de Eumene:quod fines ſuos popularetur dixeruntq; eum conſpiraſſe cum ntiocho contra Populum Romanum:Societas cum deprecantibus:rhodiis iniūcta ē.Luſtrum a cenſoribus conditū eſt:cenſa eo ſunt ciuium.capita.cccxxvii.milia.xxii.Princeps ſenatus lectus.M.Aemilius Lepidus.Ptolemæus ægyptiorum rex a minore fratre e regno pulſus miſſus ad eū legatis in regnū reſtitutus eſt.Ariarathe Cappadociæ rege mortuo:filius eius Ariarathes accepit regnū:& amicitiā per legatos cum populo romano renouauit.Res præterea aduerſus ligures:corſos:& luſitanos:uario euētu geſtas:& motus *Syriæ* mortuo Antiocho:qui filiū Antiochum puerum admodū reliquerat:cōtinet hunc Antiochū puerum cū Lyſia tutore Demetrius Seleuci filius:qui Romā obſes miſſus fuerat:clam:quia minime dimittebatᷣ a romanis:īteremit:& ipſe ī regnum rece-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ptus Lucio Aemilio Paulo:qui Perſeum uicerat:mortuo:cuius tanta abſtinentia fuit:ut cum ex Hiſpania & Macedonia maxīas opes retuliſſet:uix ex auctiōe bonoꝝ eiꝰ redactū ē:unde dos uxori eiꝰ redderetur. Pontinæ paludes a Cornelio Cethego conſule:cui ea prouincia euenerat:ſiccatæ:agerq; ex iis factus.

## EX LIBRO. XLVII.

CN. Tremelio tri. pl. mulcta dicta eſt:quod cum. M. Aemilio Lepido pōtifice maximo iniurioſe cōtenderat: ſacroꝝ quoq; magiſtratuū ius potentius fuit. Lex de ambitu lata. Luſtrum a cenſoribus cōditū ē:cenſa ſunt ciuium capita. cccxxxviii. milia. cccxiiii. princeps ſenatus lectus Aemilius Lepidus. Inter Ptolemæos fratres:qui diſſidebāt:fœdus ictum:ut alter ī Aegypto:alter Cyrenis regnaret. Ariarathes Cappadociæ rex conſilio Demetrii regis Syriæ:& uiribꝰ pulſus regno a ſenatu reſtitutus ē. Miſſi a ſenatu legati:qui inter Maſiniſſam & carthaginenſes de agro iudicarent. Caius Martius conſul aduerſum dalmatas parum proſpere primum:poſtea feliciter pugnauit cum quibus bello confligendi cauſa fuit:quod illyricos Populi romani ſocios uaſtauerat:eandemq; gentem Cornelius Naſica conſul domuit. Q. Opimius conſul tranſalpinos ligures:q Maſſiliēſium oppidum Antipolim & Niceam uaſtabant:ſubegit. Præterea in Hiſpania a compluribus parum proſpere res geſtas continet. Conſules anno quingenteſimo nonageſimo octauo ab urbe condita magiſtratum peractis comitiis inſequentiſq; anni con. creatis inire cœperunt:mutandi comitia cauſa fuit quod Hiſpani rebellabant. Legati ad diſceptandum inter Maſiniſſam & carthaginēſes miſſi nunciauerunt uim naualis materiæ ſe Carthagine deprehendiſſe. Quidā prætores a ꝓuinciis auariciæ nomine accuſati & dānati ſunt.

## EX LIBRO. XLVIII.

LVſtrum a cenſoribus cōditū ē:cēſa ſunt ciuiū capita. cccxxiiii. milia. Semina belli tertii punici referunt:cū in finibꝰ Carthaginēſium maxius numidaꝝ exercitꝰ. Archo barzane duce: Syphacis nepote diceret̃ eē. M. Portiꝰ Cato ſuaſit:ut carthaginēſibꝰ:q exercitū ſpecie cōtra Maſiniſſam regē:ſed re uera cōtra Romanos accitū ī finibꝰ haberēt: bellū indiceret̃: cōtradicente. P. Cornelio Naſica:placuit legatos mitti Carthaginē q ſpecularent̃:qd ageret̃:caſtigato ſenatu carthaginenſiū:qd cōtra fœdus exercitū & nauales materias haberēt:pacē īter Maſiniſſā & eos facere uoluerūt Maſiniſſa agro:de quo lis erat:cedēte. Sed Giſgo Hamilcharis filiꝰ hō ſeditioſus:qui tūc ī mgr̃atu erat:cū ſenatus paritur̄ū ſe iudicio legatorū dixiſſet:ita bellū aduerſus Romanos ſuadendo cōcitauit:ut legatis:quo minus uiolarent̃:fugā explicuerit:id nunciātes infeſtū iā ſenatū Carthaginēſibus infeſtiorē fecerunt: Marcus portiꝰ Cato funus mortui filii in ꝑtura tenuiſſimo:ut ualuit:nā paup erat:ſumptu fecit. Andriſcus:qui ſe Perſei filiū regis quōdā Macedoniæ ingēti aſſeueratiōe mētiret̃. Romā miſſus. Marcꝰ Aemilius Lepidus:q pricͤps ſenatꝰ ſextis iā cēſoribus erat lectus ante quā expiraret ꝓcepit filiis lecto ſe ſtrato ſine linteis:ſine purpura efferrēt:ī reliquū funꝰ:ne plus quā æris denos cōſumerēt:imaginū ſpecie nō ſūptibus nobilitari maximorū uirorū funera ſolere. De ueneficiis quæſitū:Publia & Licinia nobiles fœminæ: quæ uiros ſuos necaſſe īſimulabant̃:cognita cā cū ꝑtori ꝓdes uadeſq; dediſſent: cognatorum decreto necatæ ſunt. Guluſſa Maſſiniſſæ filius denūciauit Carthagine delectus agi:claſſem comparari & haud dubium bellū ſtrui:cum Cato ſuaderet:ut iis bellū indiceretur. P. Cornelio Naſica dicēte nihil temere faciēdum:placuit decem mitti legatos explorautū. L. Licinius Lucullus. A. Poſthumius Albinus cōſules cum delectū ſeuere agerent:nec quēquam gratia dimitterent:a tri. plebis:qui ꝓ amicis ſuis uocationem impetrare non potuerunt:in carcerem coniecti ſunt. Hiſpanienſe bellū cum parum proſpere aliquotiens geſtum ita cōfudiſſet ciuitatē Romanā:ut ne ii quidē inuenirentur:qui aut tribunatū exciperēt aut legati ire uellent. P. Cornelius Aemilianus ꝓceſſit:& excepturū militiæ genus quodcūq; īperatum eſſet:ꝓfeſſus eſt:quo exēplo ad militādi ſtudium oēs incitauit. L. Lucullus cōſul:cui Claudius Marcellus ſucceſſerat:pacaſſe oēs Celtiberiæ populos. cū uideretur:uacceos:cātabros:& alias regiones:& iterū alias incognitas nationes in Hiſpania ſubegit:ibi Publius Cornelius Africanus Scipio Aemilianus. L. Pauli filius Africani nepos:& adoptiuus ꝓuocatorē barbarū tribunus militū occidit:& in expugnatione captæ urbis maius multo etiā periculum adiit:nam murū primus omniū tranſcendit. Seruius Sulpicius Galba prætor male aduerſus luſitanos pugnauit. Cū legati ex africa cū Carthaginenſium oratoribus & Guluſſa Maſiniſſæ filio rediſſent:dicerentq; & exercitū & claſſem Carthagine depræhendiſſe:prorogari ſententiam placuit:Catone & aliis principibus ſenatus ſuadētibus:ut in Africam cōfeſtim tráſportaret̃ exercitus:quia uero Cornelius Naſica dicebat nōdū ſibi iuſtam cām belli uideri placuit:ut bello abſtineret̃:Carthaginēſes claſſem exuſiſſent:& exercitū dimiſiſſent:ſi minꝰ ꝓximi cōſules de bello punico referrēt. Cū locatū a cēſoribus theatrū extrueret̃. P. Cornelio Naſica auctore tanq̃ inutile & nociturum publicis moribus ex Se. C. deſtructum eſt: populuſq; aliquandiu ſtans ludos ſpectauit:Carthaginenſes tū aduerſum fœdus bellum Maſiniſſæ intulerūt:uicti ab eo nonageſimum ſecundum annum habente:& ſine pulpamine mandere & guſtare cybum tantummodo ſolito:inſuper Romanum bellum meruerunt.

## EX LIBRO. XLVIIII.

TErtii punici belli initiū altero & ſexcenteſimo anno ab urbe cōdita intra quintū annū quam erat cœptū conſumatū ōino eſt. Inter. M. Portiū Catonē & Scipionē Naſicā:quorū alterum ſapientiſſimū uirū in ciuitate habebant:alter uir optimus a ſenatu iudicatus erat:diuerſis certatum eſt ſententiis:Catone ſuadente bellū:& ut omnino deleretur Carthago:Naſica diſſuadente:placuit nihilominus quod cōtra fœdus naues haberent:& extra fines exercitū duxiſſent:quodq;

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſocio populi ro.& amico Maſiniſſe arma intuliſſent:& quod filium eius Guluſſam:qui cum legatis
romanis erat:ĩ oppidum minime recepiſſent:bellum iis indici.Priuſquam ullæ copiæ in naues im-
ponerẽtur:uticenſes legati Romã uenerunt:ſe ſuaq; oĩa dedentes:ea legatio ueluti maximum belli
omen grata patribus:acerba carthaginenſibus fuit.Diti patri ludi ad tarentum ex Præcepto libro
rum ſibyllinorum facti:qui anno primo primi punici belli quingenteſimo:& altero anno ab urbe
condita facti erãt.Legati triginta Romã uenerunt:per quos carthaginenſes ſe dedebãt.Catõis ſen
tentia peruicit:ut decreto perſtaret:& ut conſules quãprimum proficiſcerẽtur ad bellum:qui ubi in
Africam tranſierũt acceptis:quos imperauerant:trecentis obſidibus:& armis:oĩbusq; inſtrumen-
tis belli:ſi qua Carthagine erant. Tunc cum ex auctoritate patrum iuberent:ut in alio loco procul
a mari decẽ milia paſſuum nec minus remoto oppidum facerent:indignitate rei ad bellãdum car
thaginenſes compulerunt:obſideri oppugnariq; cœpta eſt carthago a.L.Martio.M.Manlio conſu
libus.In qua oppugnatione cum neglectos ab una parte muros duo tribuni temere cum cohorti
bus irrupiſſent & ab oppidanis grauiter cæderentur:a Scipione Africano expliciti ſunt:per quẽ &
caſtellũ romanorum:quod nocte expugnabant:paucis equitibꝰ iuuantibus liberatum eſt:caſtriſq;
quæ carthaginenſes oĩbus copiis pariter ab urbe egreſſi oppugnabãt:liberatis:is præcipuam glo
riã tulit.Præterea cum ab irrita oppugnatõe Carthaginis conſul (alter.n.Romã ad comitia ierat)
exercitum ducere aduerſus Haſdrubalem uellet:qui cum altera manu iniquum ſaltum inſederat:
ſuaſit primo cõſuli ne tã iniquo loco cõfligeret:uictus deĩde cõpluriũ:q & prudẽtiæ eius:& uirtuti
inuidebãt:ſentẽtiis:& ipſe ſaltũ ingreſſus ẽ:cũq; ſicut prædixerat:fuſus fugatuſq; eſſet romanus ex-
ercitus:& duæ cohortes ab hoſte obſiderẽtur:cũ exiguis equitũ turmis in ſaltũ reuerſus liberauit
eas:& icolumes reduxit:quã uirtutẽ eius & Cato uir promptioris multo ad uituperãdũ linguæ:in
ſenatu ſic ꝓſecutus ẽ ut diceret reliquos:q ĩ Africa militarẽt:umbris militar:Scipionẽ uigore:& po
pulus romanus eo fauore illũ cõplexus ẽ:ut comitiis cõplurimæ eũ tribus cõſulẽ ſcriberẽt:cũ hoc
ꝑ ætatẽ minime liceret.Cũ.L.Scribonius tribunus plebis rogationẽ ꝓmulgaſſet ut luſitani q fœ-
dere populi ro.deditia Sergio Galba in galliã ueniſſent:in libertatẽ reſtituerent.M.Cato acerrime
ſuaſit extat oro in annalibus eius incluſa.Q.Fuluius Nobilior ẽt ab eo in ſenatu laceratus rñdit ꝓ
Galba ipſe quoq; Galba:cũ ſe dãnari uideret:cõplexus duos filios prætextatos & filiũ Galli Sulpi-
cii cuius tutor erat:ita miſerabiliter pro ſe locutus eſt:ut rogatio antiquaretur:extant tres orationes
eius duæ aduerſum Libonẽ tribunũ plebis rogatiõeſq; eius habitæ de luſitanis:una contra.L.Cor
nelium Cethegum:in qua luſitanos pp ſeſe caſtra habentes cæſos:fatetur:quod cõpertum habuerit
equo atq; hoĩe ſuo immolatꝰ per ſpẽm pacis adoriri exercitũ ſuũ in animo habuiſſe:Andriſcus q-
dam infimæ ſortis homo Perſei regis ſe filium ferẽs:& mutato nomine Philippus uocatus:cum ab
urbe Roma:quo illũ Demetrius Syriæ rex ob hoc ipſum mendaciũ miſerat:clam profugiſſet:mul-
tis ad falſam eius famã uelut ad ueram euntibus:contracto exercitu:totam Macedoniam:aut uo-
luntate incolẽtium:aut armis occupauit.Fabulam autem huiuſmodi finxerat:ex pellice ſe Perſeo
rege ortum:traditũ educãdum Cyrthesæ cuidam eſſe:ut in belli caſus quod ille cũ romanis ageret
aliquod uelut ſemen ſtirpis regiæ extaret.Perſeo demortuo Idramiti ſe educatum uſq; ad duodeci
mum annũ ætatis:patrẽ eius eſſe credentẽ a quo educaretur:ignarũ generis fuiſſe ſui.Affecto dein
de eo:cum prope ad uitæ finẽ ultimum eſſet:detectam tandem ſibi originem ſuam:falſæq; matri li
bellum datum ſigno Perſei regis ſignatum quem ſibi traderet:cũ ad puberem ætatẽ ueniſſet:obte-
ſtationeſq; ultimas:adiectas ut res in occulto ad tẽpus ſeruaret:pubeſcenti libellum tradidit:ĩ quo
relicti ſibi duo theſauri a patre dicerentur tum ſcientem mulierem ſubditi tium ſe eẽ ueram ſtirpem
ignoranti ædidiſſe genus atq; obteſtatã:ut prius quã ad Eumenem maneret res.Perſeo inimicũ ex-
cederet iis locis ne interficeretur:eo ſe exterritum ſimul ſperãtem aliquod auxilium a Demetrio:in
Syriam ſe contuliſſe:atq; ibi primum quis ipſe omnino eſſet:palam expromere auſum.

## ¶EX LIBRO.L.

THeſſalia cum & illã inuadere armis:atq; occupare pſeudo Philippus uellet:ꝑ romanorũ
legatos auxiliis achæorũ defenſa ẽ.Pruſias rex Bithyniæ oĩum humilimorum fautor atq;
uitiorũ:a Nicomede filio adiuuante Attalo rege Pergami occiſus eſt:habebat aliũ filiũ
q pro ſuperiore ordine dentium enatum habuiſſe unũ os cõtinens dr.Cum legatos ad
pacem inter Nicomedẽ & pruſiã faciẽdam romani miſiſſent:& unus ex iis multis cicatricibus ſpar-
ſum caput haberet alter pedibus æger eſſet:tertius ingenio ſecors haberet:dixit Cato eã legatiõem
nec caput:nec pedes nec cor habere.In Syria:quæ eo tẽpore ex ſtirpe generis Perſei regis macedonũ
in tertia ſecordiaq; ſimilẽ Pruſiæ regẽ habebat:iacẽte eo in ganeo & luſtris:Hãmonius regnabat:ꝑ
quẽ & amici oẽs regis & Laodice regina:& Antigonus Demetrii filius occiſi Maſiniſſa Numidiæ
rex maior nonaginta annis uir inſignis deceſſit inter cætera opa iuuenilia:quæ ad ultimũ ædidit
adeo ẽt uerſus in ſenectam uiguit:ut poſt ſextum & octogeſimum annum genuerit unum filium:
inter tres liberos maximus natꝰ Mycipſa:Guluſa:& Maſtanabal:qui ẽt græcis litteris erat eruditꝰ.
P.Scipio Aemilianus cum cõe eis pater regnum reliquiſſet:& diuidere eos arbitrio Scipionis iuſ
ſiſſet:adminiſtrationem regni diuiſit:item Phaniæ Hamilconis præfecto equitum carthaginenſi-
um uiro forti:& cuius opera præcipua pœni utebãtur:ſuaſit ut cum equitatu ſuo ad romanos trã-
ſiret.Trium legatorum qui ad maſiniſſam miſſi fuerant.Claudius Marcellus:cohorta tempeſtate:



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

fluctibus obrutus eſt.Carthaginenſes Haſdrubalem Maſiniſſæ nepotem:quem prætorē habebant perditiōis ſuſpectũ in curia interemerunt:quæ ſulpitio inde emenauit:quod propinquus eſſet Guluſſæ auxilia romanorũ iuuantis.P.Scipio Aemilianus cum ædilitatem peteret:conſul a populo dictus quoniam per annos cōſulem fieri minime licebat:cum maximo certamine ſuffragantis legis & repugnantibus aliquantulum patribus:legibus ſolutus:& conſul creatus eſt.M.Aemylius nonnullas urbes circumpoſitas carthagini expugnauit.Pſeudo Philippus in Macedonia cæſo cũ exercitu.M.Iuuentio prætore a.Q u.Cecilio uictus captuſq; eſt relicta Macedonia.

## ❡EX LIBRO.L.I.

CArthago uiginti tria milia quidem paſſuũ in circuitu labore maximo obſeſſa:& per partes capta eſt:primũ a Mantino legato:deinde a Scipione conſule:cui extra ſortē ꝓuincia Africa data eſt:Carthaginēſes portu nouo:qa uetus a Scipione erat obſtructus:facta:& contracta exiguo tpe ampla claſſe nauali prælio infeliciter pugnauerunt. Haſdrubalis quoq; eorum ducis caſtra ad Neſentum oppidum loco difficillimo ſita cum exercitu deleta ſunt a Scipione:qui tandem urbem expugnauit ſeptingenteſimo anno:quam erat condita ſpoliorũ maior pars ſiculis:quibus ablata erant:reddita.ultimo urbis excidio:cum ſe Haſdrubal Scipiōi dediſſet:uxor eius quæ paucis ante diebus de marito minime impetrare potuerat:ut ad uictorem transfugeret:ſe flagrantis imedium urbis incendium duobus cum liberis ex arce præcipitauit.Scipio exemplo patris eius Aemiliani Pauli:qui Macedoniam uicerat:ludos fecit:tranſfugas atq; fugitiuos beſtiis obiecit.Belli achaici ſemina referuntur hæc:quod legati.ro.ab achaicis pulſati ſunt:Corinthum miſſi erant:ut eas ciuitates:q̄ ſub dictione Philippi fuerāt:ab achaico cōcilio ſecernerētur.

## ❡EX LIBRO.LII.

CVm acheis:qui in auxilium boecios & chalcidenſes habebant:Q uintus Cecilius Metellus ad Thermopylas bello cōflixit:quibus uictis:dux eorum Critolaus ueneno ſibi mortem conſciuit in cuius locum Dracus achaici motus primus auctor ab achæis dux creatus : ad Iſthmon a Lucio Manlio conſule uictus eſt : qui oi Achaia in deditionem accepta:Corinthum ex ſenatuſconſulto diruit:quia ibi legati Romanorum uiolati erant:Thebæ quoq; & chalcis:quæ auxilio fuerant dirutæ. Ipſe.L. Mumius ſe abſtinentiſſimum uirum egit:nec quicq̄ ex iis opibus ornamentiſq;:prædiues Corinthus habuit:in domũ eius peruenit. Q uintus Cecilius Metellus de Andriſco triũphauit Pub.Cornelius Africanus Scipio Aemilianus de Carthagine & Haſdrubale. Viriat⁹ primũ i Hiſpania ex paſtore uenator & ex uenatore latro. mox iuſti quoq; exercitus dux factus uniuerſam Luſitaniam occupauit.M.Vetilium prætorē:fuſo eius exercitu cepit:poſt quem. G. Plautius prætor nihilo fœlicius rem geſſit:tantumq; terrorem is hoſtis intulit:ut aduerſus eum conſulari opus eſſet & duce:& exercitu:Præterea motus Syriæ:& bella inter reges geſta referuntur.Alexander homo ignotus & incertæ ſtirpis occiſor: ſicut ante dictum eſt. Demetrio rege in Syria regnabat:hunc Demetrius Demetrii fili⁹: qui a patre quondam ob incertos belli caſus ablegatus in Gnidon fuerat:contempta ſecordia inertiaq; eius:adiuuāte Ptolemæo Aegypti rege:cuius filiam Cleopatram acceperat in matrimonium:bello interemit.Ptolemæus in caput grauiter uulneratus:interculationem:dum oſſa medici terebrare contendunt:expirauit:atq; in locum eius frater minor Ptolemæus:qui Cyrenis regnabat ſucceſſit.Demetrius ob crudelitatem quam per tormenta in ſuos exercebat:a Diodoro quodam uno ex ſubiectis:qui Alexandri filio bimulo admodum regnum aſſerebat: bello ſuperatus: Seleuciam fugit. Lucius Mumius de achæis triumphauit:ſigna ærea marmoreaq; & tabulas pictas in triumpho tulit.

## ❡EX LIBRO.LII.

P.Claudius con.ſalaſſos gētem alpinam domuit.alter pſeudo Philippus in Macedonia a L.Tremelio quæſtore cum exercitu cæſus eſt.Qu.Cecilius Metellus proconſul celtiberos cecidit a.Qu.Fabio proconſule pars maxima Luſitaniæ:expugnatis multis urbibus recepta eſt. G.Iulius ſenator græce res romanas ſcripſit.

## ❡EX LIBRO.LIIII.

QVintus Pōpeius cōſul i Hiſpania termeſtinos ſubegit:cũ eiſdē quidem:& numātinis pacem ob infirmitatē fecit.Luſtrũ a cēſoribus cōditũ eſt:cēſa ſunt ciuium capita.ccccxxviii milia.cccxlii . Cũ macedonũ legati conqueſtum ueniſſent de Iunio Syllano prætorā:q accepti pecuniis ꝓuiciā ſpoliaſſet:& ſenatus de q̄relis eorũ uellet cognoſcere. T.Mālius Torquatus Syllani pater petit:ipetrauitq;:ut ſibi huiuſmodi cognitio mādaret:& domi cā cognita filiũ condēnauit:abdicauitq;:ac ne funeri quidē eius cum ſuſpendio uitam fuiſſet interfuit:ſedēſq; domi poteſtatē cōſultātibus ex inſtituto fecit: Q u.Fabius procō.rebus i Hiſpania ꝓſpere geſtis labem impoſuit:pace cũ Viriato æquis cōditionibus facta. Viritatus a proditoribus conſilio ſeruilii Cepionis interemptus eſt:& ab exercitu eius multũ implorat⁹: ac nobiliſſime tumulat⁹: uir duxq; maximus per quartum decimũ annum:quibus romanis bellum geſſit frequentius ſuperior.

## ❡EX LIBRO.LV.

PVblio Cornelio Naſica:cui cognomen Serapion fuit:ab irridēte curiatio tri.pl.ipoſitũ & D.Iunio Bruto con.delectũ habentibus in cōſpectu tyronũ res ſaluberrimi exempli facta eſt:nam.C.Matienus accuſatus ē apud tr.pl.quod exercitũ in Hiſpania deſeruiſſet dā

natuſq; ſub furca diu uirgis cæſus eſt:& ſeſtertio nūmo ueniit tri.ple.quia nō impetrarāt:ut ſibi de
nos quos uellent milites:eximere liceret:conſules in carcerem mitti iuſſerunt.Iunius Brutus cōſul
in Hiſpania iis qui ſub Viriato militauerant agros oppidumq; dedit:quod Valentia uocatum
eſt.M.Popilius a numantinis:cum quibus pacem factam ſenatus irritam cenſuerat cum exercitu
fuſus fugatuſq;.Gaio Hoſtilio Mancino conſule ſacrificante:pulli ex cauea euolauerunt conſcen
denti deinde in nauim:ut in Hiſpaniā proficiſceret̃ accidit audiri mane Mancine Mācine auſpicia
triſtia fuiſſe ꝓbatū eſt:uictus enim a numantinis:& caſtris exutus:cum ſpes nulla ſeruādi exercitus
eſſet:pacem cum iis fecit ignominioſam:quam ratam eſſe ſenatus uetuit:triginta milia romanorū
a numātinorū milibus quattuor uicta erant. D.Iunius Luſitaniam urbiū expugnationibus uſq;
ad oceanum perdomuit & cū fluuium obliuionem tranſire nollent:raptum ſignifero ſignum ipſe
tranſtulit:& ſic tranſgrederentur: perſuaſit.Alex. filius rex Syriæ decem annos admodum habens:
a Diodoto:qui Triphon cognominabatur :tutore ſuo per fraudem occiſus eſt : coruptis quidem
medicis:qui eum calculi dolore conſumi ad populum mentiti:dum ſecant illum occiderunt.

## ❡EX LIBRO.LVI.

DEcius Iunius Brutus in ulteriore Hiſpania feliciter aduerſus gallecios pugnauit Diſſi-
mili euentu.M.Aemylius Lepidus procon.adnerſus uacæos rem geſſit:clademque ſimi
lem Numantiæ paſſus eſt.Ad exoluendum nnmantini fœderis religione populum.Mā
cinus:cum huius rei auctor fuiſſet deditus numantinis:minime eſt receptus.Luſtrnm a cenſoribus
conditnm eſt:cenſa ſūt ciuium capita.cccxxiii.milia Fuluius Flaccus con.uardeos in Illyri co ſube
git.M.Ceſonius prætor in Thracia cum ſcordiſcis proſpere pugnauit. Cum uitio ducum bellum
numantinum non ſine publico pudore duraret delatus eſt ultro Scipioni Africano a ſenatu popu
loq; romano conſulatus: quem cū ille capere ob legem quæ uetabat:queñ intra decem annos ite
rū conſulem fieri licere minime uellet:ſicuti priori cōſulatu legibus ſolutus eſt.Bellum ſeruile ī Sici-
lia ortum cū opprimi a prætoribus minime ualuiſſet.G.Fuluio cō.mādatum eſt.Cuius belli initi
um fuit : Eunus ſeruus natione ſyrus:qui cōtracta agreſtiū ſeruorum manu:& ſolutis ergaſtulis:iu-
ſti exercitus numerum impleuit.Cleon quoque alter ſeruus ad. lxx.milia ſeruorum contraxit.& co-
piis iunctis contra populum romanum exercitumque eius bellum ſæpenumero geſſerunt.

## ❡EX LIBRO.LVII.

SCipio africanus Numantiam obſedit:& corruptum licentia luxuriaque exercitum ad
generoſiſſimā militiæ diſciplinā reuocauit:omnia enim delitiarū īſtrumēta recidit:duo
millia ſcortorum a caſtris eiecit:militem omni die in opera habuit:& trigita dierū frumē
tum ac ſeptenos uallos ferre cogebat:ægre propter onus incedēti dicebat:cū gladio recte uallare ſci
eris uallum ferre deſinito alii nimium parū habiliter ſcutum ferenti eum ſcutum amplius iuſto ferre
iuſſit:neq; id ſe reprændere: quoniam melius ſcuto:quam gladio uteret̃:quem militem extra ordi-
nem depræhēdit:ſi romanus eſſet uitibus:ſi extraneus uirgis:cecidit:iumēta quidē omnia:ne exo
neraret milites:uendidit:multotiēs cōtra hoſtiū eruptiones feliciter pugnauit. Vaccei obſeſſi:libe
ris & cōiugibus trucidatis:ipſi ſe īteremerūt.Scipio āpliſſima munera ſibi ab Antiocho rege Syriæ
cū celaſ̃ aliis impatorib⁹ regū munera mos eſſet:ꝓ tribunali ea accepturū ſe eſſe dixit:eaq; oīa refer
re quæſtori īpublicas tabulas iuſſit:ex iis uiris fortib⁹ munera ſe daturū.Cū undiq; Numātiā obſi
dione clauſiſſet:& oppreſſos fame uideret urgeri hoſtes qui pabulatum exierāt:uetuit interimi:qđ
diceret uelocius eos abſumpturos frumentum:quod haberent:ſi plures quidem fuiſſent.

## ❡EX LIBRO.LVIII.

TItus Sempronius Graccus tri.ple.cum agrariā legem ferret aduerſus uolūtatem ſenat⁹ &
equeſtris ordinis:ne quis ex publico agro plus quā decē iugera poſſideret:ī eum furorē
exarſit:ut.M.Octauio collegæ cauſam diuerſæ partis defēdēti poteſtatē lege lata abroga
ret:ſeq; & fratrē Graccum &.Ap. Claudium ſocerū triūuiros ad diuidūdū agrum crearet:promul
gauit & aliam legem agrariam:qua ſiquis lati⁹ agrum patefaceret:ut idē oīno triūuiri iudicārent:
qua publicus ager:qua priuatus eſſet:deinde cū minus agri eēt:quā quod diuidi poſſet:ſine offē-
ſa etiā plebis:quoniā eos ad cupiditatē amplum modum ſperādi īcitauerat:legem ſe promulgatu
rum oſtendit:ob id ut iis qui ſempronia lege agrum accipere deberēt:pecunia quæ regis Attali fu-
iſſet:diuideretur:hæredem autē Po.Ro.reliquerat Attalus rex Pergami Eumenis filius:tot īdigna-
tionibus cōmotus grauiter ſenatus ante oēs.C.Antonius con.qui cum ī ſenatu in Gracchū peroraſ-
ſet raptus ab eo ad populum:delatuſq; plebei rurſus in eum pro roſtris cōcionat⁹ eſt.Cum iterum
tri.ple.creari uellet:Graccus auctore.P.Cornelio Naſica:ī capitolio a primatib⁹ occiſus eſt:ict⁹ pri
mum fragmentis ſubſelliornm:& inter alios:qui in eadem ſeditiōe occiſi erant:inſepultus & in flu-
men proiectus.Res præterea in Sicilia uario euentu aduerſum fugitiuos geſtas continet.

## ❡EX LIBRO.LIX.

NVmātini fame maxime coacti:ipſi ſe ꝑ uices trucidauerūt:captam urbē Scipio Africa
nus deleuit:& de ea triumphauit:quartodecimo āno poſt Carthaginē deletā.P.Attili⁹
cō.ī Sicilia cū fugitiu⁹ debellauit.Ariſtōicus regis Eumenis filius Aſiam occupauit:cū
teſtamēto Attali regis legata po.Ro libera eſſe deberet.Aduerſus eum.P.Lucini⁹ Craſſus cōſul cū
idem pontifex max.eſſet:quod nunquam antea factum erat:extra italiā profectus prælio uictus:&



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

interemptus eſt. M. Perpenna con. uictum Ariſtonicum in deditionem accepit. Qu. Pompeius: & Qu. Metellus tunc primum uterq; ex plebe cenſores facti. Luſtrum a cenſoribus eſt conditum cenſa ſunt capita. cccxviiii. milia. dcccxxiii. præter pupillos & uiduas. Q. Metellus cenſor cenſuit: ut ducere uxores omnes cogerentur oĩno liberorum creandorum cauſa: extat oratio eius: quam Auguſtus Cæſar: cum de maritandis ordinibus ageret: uelut eo tempore ſcriptam in ſenatu recitauit. G. Attilius Labeo tri. ple. Qu. Metellum cenſorem: a quo in ſenatu legendo præteritus erat: de ſaxo deiici iuſſit: quod ne fieret: cæteri tri. pleb. auxilio quãmaxime fuerunt. Cum Carbo tri pleb. rogationem tuliſſet: ut eundē tribunus plebis: quotiens quidem uellet: creari liceret: rogationem eius P. Africanus grauiſſima oratione diſſuaſit: in qua dixit Ti. Graccum iure cæſum uideri. Graccus contra ſuaſit rogationem: ſed Scipio cenſuit. Bella inter Antiochum regem Syriæ & Phrahatem parthorum regem geſta: nec magis quietæ res Aegypti referuntur. Ptolemæus Euergetes cognominatus ob nimiam crudelitatem ſuis inuiſus: incenſa a Po. regia: clam in Cyprum profugit: & cū ſorori eius Cleopatræ: quam eius uirgine filia per uim compreſſa: & in matrimonium ducta repudiauerat regnum a populo datum eſſet: infenſus filium: quem ex illa habebat: in Cypro occidit: caputq; eius: & manus: & pedes matri miſit. Seditiones a triūuiris Fuluio Flacco. G. Gracco: & G. Carbone de agro diuidundo creatis excitatæ: quibus cum. P. Scipio Africanus aduerſaretur: fortiſq; ac ualidus pridie domum ſe recepiſſet: mortuus in cubiculo inuentus eſt: ſuſpecta fuit: tanquā uenenum ei dediſſet Sempronia uxor: hinc maxime quod ſoror eſſet Graccorum: cum quibus ſimultas Africano fuerat: de morte tamen eius nulla quæſtio acta: quo defuncto ſeditiones triumuirales acrius exarſerūt. G. Sempronius con. contra Iapigas: primo male rē geſſit: mox uictoria cladē accepta emendauit: uirtute. D. Iunii Bruti eius: qui Luſitaniam ſubegerat.

## EX LIBRO. LX.

AVrelius conſul ſardos ſubegit. Fuluius Flaccus primus omnium trāſalpinos ligures bello domuit: miſſis in auxilium maſſilienſibus aduerſus Falanios gallos qui populabant fines miſſilienſium. L. Opimius prætor fregellanos: qui defecerant: in deditionem accepit. Fregellas diruit. Peſtilentia in Africa a maxima multitudine locuſtarum: & deinde necaturum ſtrage fuiſſe traditur. Luſtrum a cenſoribus conditum eſt: cenſa ſunt ciuium capita. cclxxxx. milia. dccxxxvi. Graccus Tiberii frater tri. ple. eloquentior quam frater pernicioſas aliquas leges tulit: inter quas frumentariam: ut ſemis & triente frumentum plebi daretur: alteram legem agrariam: quā frater eius tulerat: tertiam qua equeſtrem ordinem cum ſenatu conſentientem corrumperet: trecenti ſenatores erant: ſexcenti equites: ut trecentis ſenatoribus admiſcerentur: ideſt: ut equeſter ordo bis tantum uirium in ſenatu haberet: & continuato in alterum annum tribunatu legibꝰ agrariis latis effecit: ut complures coloniæ in italia deducerentur: & una in ſolo dirutæ Carthaginis: quo ipſe triumuir creatus coloniam deduxit. Præterea res a. Q. Metello conſule aduerſus Baleares geſtas continet quos græci Gymneſias appellant quia æſtatē nudi exigant: Baleares a teli miſſu appellati: ut a Balteo Herculis comite ibi relicto tunc cum Hercules ad Geryonem nauigaret. Motus quoq; Syriæ referuntur: in quibus Cleopatra Demetrium uirum ſuum: & Seleucum filium: multum indignata: quod occiſo patre eius: a ſe iniuſſu ſuo diadema ſumpſiſſet: interemit.

## ❡EX LIBRO. LXI.

C. Seſtius procon. uicta ſaliuorum gente coloniam aquas Seſtias cōdidit ob aquarum copiam & calidis & frigidis fontibus: atque a nomine ſuo ita appellatas. Gn. Domitiꝰ procon. contra allobroges ad oppidum uindalium multum feliciter pugnauit: quibus bellum inferendi cauſa fuit: qood Teutomalium Saliuorum regem fugientem recepiſſent: & omni ope iuiſſent: quodq; heduorum agros ſociorum populo romano uaſtauiſſent. G. Gracchus: ſed
itioſo tribunatu acto: cum auentinum armata quoq; multitudine occupauiſſet. a. L. Opimio conſule ex. S. C. uocato ad arma populo pulſus interemptuſq; eſt & cum eo Fuluius Falccus ſocius eiuſdem. Qu. Fabius Max. conſul Pauli nepos aduerſus allobroges: & Bituitum auernorum regem feliciter pugnauit: ex Bituiti exercitu cæſa milia hominum centum uiginti: & cum ipſe ad ſatiſfaciendum ſenatui Romam profectus eſſet albæ cuſtodiendus datus eſt: quia contra pacem uidebatur: ut in Galliam remitteretur: decretum quoq; eſt: ut congentiatus filius eius compræhenſus Romam mitteretur. Allobroges in deditionē accepti. L. Opimius accuſatus apud populum a. Q. Decio tri. ple. quod indemnatos ciues iu carcerem conieciſſet liberatus eſt.

## ❡EX LIBRO. LXII.

C. Martius cō. ſarnios gentē alpinā expugnauit Mycipſa numidarum rex mortuus regnū tribus filiis reliquit: Adherbali. Hyempſali: & Iugurthæ fratris filio quem īfiliū adoptauerat. L. Cecilius Metellus Dalmatas obſedit: Iugurtha Hyempſalem fratrē bello petiit quem uictum interemit. Adherbalē regno expulit: qa ſenatu reſtitutꝰ eſt. L. Cecilius Metellus. Gn. Domitiꝰ Aenobarbꝰ cēſores duos & triginta ſenatu amouerūt: ꝑterea motꝰ Syriæ regeq; cōtinet.

## EX LIBRO. LXIII.

CAto Portius con. in Thracia male aduerſus ſardiſcos pugnauit. Luſtrū a cēſoribꝰ cōditum eſt: cenſa ſunt ciuiū capita. cccxciii. milia. cccxxvi. æmylia Licinia: & martia uirgines ueſtales inceſti damnatæ ſunt: idque inceſtū: quemadmodū commiſſū: deptæhenſum:

& iudicatum ſit:refertur. Cimbri gens uaga populabundi in Illyricum uenerunt:ab iis Papyrius Carbo conſul cura exercitu fuſus eſt. Liuius Druſus conſul aduerſus ſardiſcos gentem a gallis oriundã in Thracia feliciter pugnauit:magnumq; honorem tulit.

## ❡EX LIBRO.LXIIII.

ADherbal bello petitus a Iugurtha:& in oppido Gyrtha obſeſſus:cõtra denũciationẽ ſenatus ab eo occiſus ẽ:ob hoc ipſi Iugurthæ bellum idictũ:idq; etiam Calphurnius Beſtia cõ.genere iuſſus pacẽ cum Iugurtha iniuſſu populi & ſenatus fecit:Iugurtha fide publica euocatus ad idicãdũ cõſiliorũ ſuorũ auctores:qđ multos pecunia in ſenatu corrupiſſe dicebaẗ.Romã uenit:& ꝓpter cædem admiſſam in regulũ quẽdã noïe Maſiniſſam:qui regnũ eius po.ro.inuiſi appetebat:interfectũ Romæ cũ piclitareẗ:cauſam capitis dicere iuſſus clam profugit:& cædens urbe feretur dixiſſe.O urbẽ uenalẽ:& cito pituram:ſi emptorẽ inuenerit. A. Poſthumi⁹ legatus infeliciter prælio aduerſus iugurtham geſto cõflixit:pacemq; atiam multum ignominioſam adiecit:quam quidem minime eſſe ſeruandam ſenatus cenſuit.

## ❡EX LIBRO.LXV.

QVintius Cecilius Metellus conſul duobus præliis iugurthã fudit:& uniuerſam Numidiã uaſtauit. M. Iuni⁹ Syllanus cõ.aduerſum cimbros ĩfeliciter pugnauit legatis cĩbrorum ſedem & agros:ĩ quibus cõſiſterẽt:poſtulãtibus ſenatus negauit. M. Minutius procon.contra thracas feliciter quidẽ pugnauit. L. Caſſius con.a tigurinis gallis pago eluetiorũ:q a ciuitate ſeceſſerant: in finibus allobrogum cum exercitu cæſus eſt milites:qui ex ea clade ſupauerant:obſidibus datis:& dimidia rerum omnium parte ut incolumes dimitterentur:cum hoſtibus pacti ſunt.

## ❡EX LIBRO.LXVI.

IVgurtha pulſus a. G. Mario ex numidia:auxilio Bochi maurorũ regis adiut⁹ ẽ:& cæſus prælio Bochi quoq; copiis: nolente Bocho bellum infeliciter ſuſceptum diutius ſuſtinere:uinctus ab eo & traditus Mario eſt: ĩ qua re præcipua opera. L. Cornelii Syllæ quæſtoris Marii fuit.

## ❡EX LIBRO.LXVII.

AVrelius Scaurus legatus con.a cimbris:fuſo exercitu:captus eſt:& cũ in cõſiliũ ab iis euocatus deterreret eos:ne alpes tranſirent italiam petituri:eo quod diceret romanos uinci minime poſſe:a Bolo rege feroci iuuene occiſus ẽ. Ab iiſdem hoſtibus. G. Manli⁹ &. Q. Seruilius Cepio proconſules uicti prælio caſtriſq; binis exuti ſunt:octoginta milia militum occiſa :calonum ac lixarum quadraginta milia . Secundum Po.Ro.iuſſionem Cepionis:cuius temeritate clades accepta erat:damnati bona publicata ſunt:primoq; poſt regem Tarquinium imperium ei abrogatum. In triumpho Gaii Marii ductus ante currum eius Iugurtha cum duob⁹ filiis:& in carcere necatus. Marius triumphali ueſte in ſenatu uenit:quod nemo ante eum fecerat: eiq; propter cimbrici bellum metum continuatus per quamplures ãnos magiſtratus eſt conſulatu ſecundo & tertio abſens cõſul creatus:quartum conſulatum diſſimulanter captans conſecutus eſt. Gnæus Domitius: pontifex maximus:populi ſuffragio creatus eſt. Cimbri uaſtatis omnibus:quæ circa rhodanum & pyreneum ſunt per ſaltum in Hiſpaniam tranſgreſſi:ibiq; multa loca populati:a celtiberis fugati ſunt:reuerſiq; in Galliam bellicoſis quidem ſe teutonis coniunxerunt.

## ❡EX LIBRO.LXVIII.

ANtonius prætor in Sicilia maritimos prædones perſecutus eſt: Caius Marius con.ſumma ui oppugnata a teutonis & ambronibus caſtra defendit:duobus deinde præliis circa aquas ſeſtias eos hoſtes deleuit:in quibus cæſa traduntur hoſtium ducẽta milia:capita nonaginta. Marius abſens quintum conſul creatus eſt:triumphum oblatũ:donec cimbros uinceret:diſtulit. Cimbri repulſo ab alpibus fugatoq;. Q. Catullo procon.qui fauces alpium obſederat:& ad flumen atheſim caſtellum æditum inſederat:reliqueratq;:ubi uirtute ſua explicata fugientem proconſulem exercitumque proſecuti in italiam traieciſſent: iunctis eiuſdem Catulli & G. Marii exercitibus prælio uicti ſunt ab eis in quo cæſa traduntur hominum centum quadragita milia capita.lx. Marius totius ciuitatis:conſenſu receptus pro duobus triumphis:qui offerebãtur: uno contentus fuit primores ciuitatis:qui aliquantulum:ut nouo homini ad tãtos honores euecto inuiderant:conſeruatam ab eo remp.fatebantur. P. Malleolus:matre interempta:primus omnium inſutus culeo in mare præcipitatus eſt. Ancylia cum ſtrepitu mota eſſe:antequam cimbricum bellum conſumaretur:referuntur. Bella præterea inter Syriæ reges continet.

## ❡EX LIBRO.LXIX.

GN. Apulei⁹ Saturnin⁹:adiuuãte. G. Mario:& ꝑ milites occiſo. A. Numio cõpetitore tri.ple.ꝑ uim creatus nõ minus uiolenter tribunatũ:quã petierat:geſſit:& cum legem agrariã per uim tuliſſet:Metello Numidico: eo quod in eã minime iuraſſet diẽ:dixit:q cũ a bonis ciuibus defendereẗ:ne cauſa malorũ certaminũ eſſet:uoluntarium exiliũ Rhodũ profectus eſt:ibiq; legẽdo & audiendo magnos uiros aduocabat. Profecto. G. Marius ſeditiõis auctor:qui ſextu m qdem conſulatũ per tribus ſparſa pecunia emerat:aqua & igni iterdixit. Idẽ Apuleius Saturninus tri.ple. G. Memmium candidatũ conſulatus petitorem maximium:quem aduer

ſarium eius actionibus ſuis timebat: interemit. Quibus rebus concitato quãplurimum ſenatu in eius cauſam: & .G. Marius homo mutabilis & uarii conſilii ingeniiq;: qui ſemper ſecundum fortunam tranſierat: eum tueri minime poſſet: oppreſſus armis cum Glaucia prætore: & aliis eiuſdẽ furoris ſociis bello quodam iterfectus eſt. Q. Cecilius Metellus ab exilio ingenti totius fauore ciuitatis reductus eſt. M. Aquilius con. in Sicilia bellum ſeruile concitatum confecit.

## ¶ EX LIBRO. LXX.

CVm. M. Aquilius de pecuniis repetundis cauſam diceret: ipſe rogare iudices uoluit. M. Antonius: qui ꝓ eo orabat: tunicã a pectore eius diſcidit: ut honeſtas cicatrices oſtenderet: quibus conſpectis: indubitanter abſolutus eſt. Cicero eius rei ſolus auctor Didiꝰ procon. aduerſum celtiberos feliciter pugnauit. Ptolemæus cyrenarum rex: cui cognomentum Appionis fuit: mortuus hæredem popu. ro. reliquit: & eius regni ciuitates ſenatus liberas eſſe iuſſit. Ariobarzanes in regnum Cappadociæ a .L. Cornelio Sylla reductus eſt: parthorum legati a rege Arſace miſſi ad Syllam uenerunt: ut amicitiam a po. ro. peterent. P. Rutilius uir ſummæ innocentiæ: qui legatus .G. Marii procon. a publicanorum iniuriis Aſiam defenderat: inuiſus equeſtri ordini: penes quem uitia erant: repetundarum damnatus in exilium miſſus eſt. G. Gemminius prætor contra thracas infeliciter pugnauit. Senatus cum impotentiam equeſtris ordinis ĩ iudiciis exercendis ferre nollet: omni ui niti cœpit: ut ad ſe iudicia transferentur: ſuſtinente cauſam eius .M. Liuio Druſo tri. pl. qui: ut uires ſibi acquireret: pernicioſa ſpe largitionis plebem concitauit: præterea motus Syriæ regumq; continet.

## ¶ EX LIBRO. LXXI.

MArcus Liuius Druſus tri. ple. ut maioribus uiribus ſenatus cauſam ſuſceptam tueretur ſocios: & italicos populos ſpe ciuitatis romanæ ſollicitauit: iiſq; adiuuãtibus: ꝑ uim legibus agrariis frumentariiſq; latis: legem quoq; iudicialem tulit: ut æqua parte iudicia penes ſenatũ: & equeſtrem ordinem eſſent. Cum deide ꝓmiſſa ſociis ciuitas præſtari nõ poſſet: irati italici defectionem cœperunt agitare: eorum coitus: coniurationes: orationeſq; in conciliis principum referuntur: propter quæ Liuius Druſus etiam ſenatui inuiſus factus: uelut ſocialis belli auctor: incertum a quo domi occiſus eſt.

## ¶ EX LIBRO. LXXII.

ITalici populi defecerũt picẽtes: ueſtini: marſi: peligni: marucini. Lucani: ſamnites initio belli a picentibus moto. Q. Seruilius ꝓcõ. in oppido Aſculo cum omnibus ciuibus romanis qui in eo oppido erant occiſus eſt: ſaga populus ſumpſit. Seruilius galba a lucanis compræhenſus: unius fœminæ opera: ad quam diuertebatur: captiuitate exemptus eſt. Eſernia & Alba coloniæ ab italicis obſeſſæ ſunt. Auxilia demum latini nominis externarũq; gẽtium miſſa populo romano & expeditiones inuicem urbiumq; expugnationes referuntur.

## ¶ EX LIBRO. LXXIII.

LVcius Cæſar con. male aduerſus Samnites pugnauit. Nola colonia in poteſtatem ſamnitiũ cũ .L. Poſthumio p̄tore uenit: qui interemptus eſt. Complures populi ad hoſtes defecerũt. Cum .P. Rutilius con. parũ ꝓſpere contra marſos pugnaſſet & in p̄lio cecidiſſet. G. Marius legatus eius meliore quidem euentu cum hoſtibus conflixit. Sex. Sulpitius pelignos fudit. Q. Cepio legatus Rutilii cũ obſeſſus proſpere in hoſtes irrupiſſet: & ob eum ſucceſſum æquatũ ei cum .G. Mario eſſet imperium: temerarius factus & circũuentus inſidiis: ſuo exercitu cecidit. L. Cæſar conſul feliciter contra ſamnites pugnauit: ob eã uictoriam Romæ ſaga poſita ſũt: & ut uaria belli fortuna eſſet. Eſernia colonia cum .M. Marcello in poteſtatem ſamnitium uenit. Sed & .G. Marius prælio marſos fudit. Hirnio Aſinio prætore marucinorum occiſo. G. Cecilius ĩ Gallia tranſalpina ſaluios rebellantes uicit.

## ¶ EX LIBRO. LXXIIII.

GN. Pompeius picentes prælio fudit: & obſedit: pp quã uictoriã Romæ p̄textæ: aliaq; magiſtratuũ ornamẽta iſignia ſumpta ſunt. G. Marius cũ marſis dubio euẽtu pugnauit. Libertini tum primũ militare cœpunt. Aurelius plotius legatus umbros .L. Portius p̄tor marſos cũ uterq; populus defeciſſet: p̄lio uicerũt. Nicomedes in Bytiniæ: Ariobarzanes ĩ Cappadociæ regnũ reducti ſunt. Gn. Pompeius con. marſos acie uicit. Cũ ære alieno oppreſſa eẽt ciuitas. A. Sempronius Aſellius p̄tor: q̃m ſecũdũ debitores ius dicebat: ab iis qui fœnerabãtur: in foro occiſus eſt. Præterea incurſiones thracum in Macedoniam populationeſq; continet.

## ¶ EX LIBRO. LXXV.

A. Poſthumius Albinus legatus in obſidione caſtrorũ hoſtiliũ cecidit. Sulpitiꝰ legatꝰ: cũ claſſi p̄eſſet: iſamis crimine ꝓditionis ab exercitu ſuo iterfectus. L. Cornelius Sylla legatus ſamnites p̄lio uicit: & bina caſtra eorũ expugnauit. Gn. Pompeius ueſtinos in deditionẽ accepit. L. Portius con. rebus ꝓſpere geſtis fuſiſq; aliquotiẽs marſis: dũ caſtra eorũ expugnat: cecidit: ea res hoſtibus uictoriam eius prælii dedit. Coſconius & Luccius ſamnites acie uicerũt. Mariũ ægnatiũ nobiliſſimũ hoſtiũ ducẽ occiderũt: cõpluraq; eorũ oppida in deditionẽ acceperunt. L. Sylla hirpinos domuit: ſamnites multis p̄liis fudit: aliquot populos recepit: quãtiſq; raro quiſq̃ ante cõſulatum rebus geſtis ad petitionem cõſulatus Romam eſt profectus.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

A Gabiniꝰ legatꝰ:rebꝰ aduerſum lucanos proſpere geſtis:multis oppidis expugnatis ĩob
ſidi one caſtrorũ hoſtilium cecidit Sulpitius legatus marucinos cecidit uniuerſamq; eã
regionẽ recepit.Gn.pompeiꝰ procõ.ueſtinos & pelignos ĩ deditionẽ accepit:marſi quo
que a.L.Murena & cecilio Pina legatis aliquot prælíis fracti pacem petierunt.Aſculum
a Gnæo Pompeio captum eſt cæſis a Mamerco Aemilio legato italicis.Silo popedius dux marſo-
rum auctor huius rei in prælio cecidit Ariobarzanes Cappadociæ.Nicomedes Bithyniæ regno a
Mithri date ponti rege pulſi ſunt:præterea incurſiones thracum in macedoniam continet.

## ℂEX LIBRO.LXXVII.

CVm.P.Sulpitius tri.ple.auctore.G.Mario pernicioſas leges ꝓmulgaſſet: ut exules reuo
carentur:& noui ciues libertiniq; diſtribuerentur in tribus:& ut Marius aduerſus Mithri
datem ponti regem dux crearetur: & aduerſantibus conſulibus.Q.Pompeio:&.L.Syl-
læ uim intuliſſet occiſoq; Pompeii conſulis filio genero Syllæ.L.Sylla con.cum exercitu in urbem
uenit:& aduerſus factionem Sulpitii & Narii in ipſa urbe pugnauit:eamq; expulit:ex quõ duode-
cim a ſenatu hoſtes:inter quos G.Marius pater & filius iudicati ſunt. P.Sulpitius cum in quadam
uilla lateret:indicio ſerui ſui retractus & occiſus eſt:ſeruus:ut præmium promiſſi indicii haberet:
manumiſſus eſt: & ob ſcelus domini proditi de ſaxo deiectus eſt.Gn. Marius filius in Africam tra-
iecit.G.Marius pater:cum in paludibus Miturnenſium lateret:extractus eſt ab oppidanis:& cum
ad occidendum eum miſſus ſeruus natione gallus maieſtate tanti uiri perterritus:receſſiſſet:impo-
ſitus publice in naui delatus eſt in africam.L.Sylla ciuitatis ſtatum ordinauit:exinde colonias de-
duxit.Qu. Pompeius con.ad capiendum a.Gn. Pompeio procon.exercitum profectus conſilio
eius occiſus eſt.Mithridates ponti rex bithynia & Cappadocia occupatis:& pulſo Aquilio legato:
Phrygiam prouinciam populi Romani cum ingenti exercitu intrauit.

## ℂEX LIBRO.LXXVIII.

MIthridates Aſiam occupauit.Qu.Oppium procon.item Aquilium legatum in uincula
coniecit:iuſſuq; eius quicquid ciuium romanorum in Aſia fuit:uno die trucidatum ẽ:
urbem Rhodum:quæ ſola in fide permãſerat:oppugnauit:& aliquot prælíis naualibus
uictus receſſit. Archelaus præfectus regis ĩ græciam cum exercitu uenit:Athenas occupauit.Præ-
terea trepidationem urbium inſularumq; aliis ad Mithridatẽ:aliis ad po.Ro.ciuitates ſuas trahen-
tibus continet.

## ℂEX LIBRO.LXXIX.

CAius Cornelius Cina cum pernicioſas leges per uim ferret: pulſus urbe a.n.Octauio G
collega cum Sex.tri.ple.imperioq; ei abrogato:corruptum.Ap.Claudii exercitum ĩpo
teſtate ſua redegit : & bellum urbi intulit acceſſito. G.Mario cum aliis exulibus ex Afri
ca:in quo bello duo fratres alter ex pompeii exercitu:alter ex Cinnæ:ignorantes concurrerunt: &
cum uictor mortuum ſpoliaret:agnito fratre:ingenti lementati one ædita:rogo ei extructo:ipſe ſu-
pra rogum ſe transfodit:& eodem igni conſũptus eſt.Et cum opprimi inter initia potuiſſet.Gn.Põ-
peii fraude:qui utranq; partem fouendo uires Cinnæ dedit:nec niſi profligatis optimatium rebꝰ
auxilium tulit:& conſulis ſegnitie confirmati.Cinna & Marius quattuor exercitibꝰ: quorum duo
Qu.Sertorio & Carboni dati ſunt:urbem circum ſederunt.Hoſtiam coloniam Marius expugna-
uit:& crudeliter diripuit.

## ℂEX LIBRO.LXXX.

ITalicis populis a ſenatu ciuitas data eſt:ſamnites q ſoli arma recipiebant.Cinæ & Ma-
rio ſe cõiũxerũt:ab iis plancius cũ exercitu cæſus ẽ.Cinna & Mariꝰ cũ carbone:& Serto-
rio ianiculũ occupauerũt:& fugati ab octauio conſule receſſerũt.Marius Antium qdẽ:
& ariciã:& Lauinium colonias deuaſtauit.Cum nulla oĩno ſpes eẽt optimatibus reſiſtẽ
di ꝓpter ſegniciẽ & perfidiã & ducũ:& militũ:q corrupti aut pugnare uolebãt:aut ad diuerſas par-
tes trãſibãt.Cinna & Marius in urbẽ recepti ſunt qui uelut raptã eam cædibus & rapinis uaſtarunt:
Gnæo Octauio conſule occiſo:& omnibus aduerſæ partis nobilibus trucidatis:inter quos.M.An
tonio eloquentiſſimo uiro &.G.Cæſare:quorum capita in roſtris poſita Craſſus filius ab equitibꝰ
Fimbriæ interemptus:pater craſſus:ne quid indignum uirtute ſua pateref:gladio ſe tranſfixit.Et
citra ulla comitia cõſules in ſequentem annum ſeipſos renunciauerunt:eodẽq; die quo magiſtra-
tum inierãt.Marius.Sex.Licinium ſenatorẽ de ſaxo deiicii iuſſit:æditiſq; multis ſceleribus ĩdibus
ianuariis deceſſit:uir:cuius ſi examinẽtur cũ uirtutibus uitia:haud facile ſit dictu utrum bello me
lior:an pace perniciſior fuerit adeo quam rempuplicam armatus ſeruauit eã primo togatus omni
genere fraudis:poſtremo armis euertit.

## ℂEX LIBRO.LXXXI.

LVcius Sylla athenas:quas Archelaus ꝑfectus Mithridatis occuparet:circũſedit: & cum
maximo labore expugnauit:urbi libertatem & ciuibus q̃ habuerãt:reddidit.Magneſia:
quæ ſola in Aſia ciuitas in fide manſerat:ſumma uirtute aduerſus Mithridatem defenſa
eſt præterea a thraciis in Macedonia geſta continet.

## ℂEX LIBRO.LXXXII.

SYlla copias regis quæ: Macedonia occupata: in Theſaliam uenerãt: prælio uicit: cæſis hoſtium centum milibus: caſtris quoqꝫ expugnatis renouato deinde bello iterum exercitum eius ſudit: ac deleuit. Archelaus cum claſſe regia Syllæ ſe tradidit Lucius Valerius Flaccus conſul collega Cinnæ miſſus ut Syllæ ſuccederet propter auaritiam inuiſus exercitui ſuo a. G. Fimbria legato ipſius ultimæ audaciæ homine occiſus eſt: & imperium ad Fimbriam tranſlatum. Præterea expugnatæ in Aſia urbes a Mithridate & crudeliter direpta prouincia: incurſioneſqꝫ thracũ in Macedoniã referuntur.

## ¶EX LIBRO.LXXXIII.

CAius fimbria in aſia fuſis aliquot copiis Mithridatis urbem Pergamum cepit obceſſũqꝫ regem non abfuit multum quin caperet: urbem Ilion: quæ ſe poteſtati Syllæ reſeruabat expugnauit: ac deleuit: & magnam partem Aſiæ recepit. Sylla multis præliis thracas cecidit: Cum L. Cinna: &. Gn. Papyrius Carbo a ſeipſis conſules per bienium creati bellũ contra Syllam pararent: effectum quidem eſt per Lucium Valerium Flaccum principem ſenatus: qui orationem in ſenatu habuit: & per eos: qui concordia ſtudebant: ut legati ad Syllam de pace mitterentur. Cinna ab exercitu ſuo: quem inuitum cogebat naues conſcendere: & aduerſus Syllam proficiſci interenptus eſt: conſulatum Carbo ſolus geſſit. Sylla cum in Aſiam traieciſſet: pacem cũ Mithridate fecit: ita ut his cederet prouinciis Aſia: Bythinia: Cappadocia: Fimbria deſertus ab exercitu: qui ad Syllam tranſierat: ipſe ſe percuſſit: impetrauitqꝫ a ſeruo præbens ceruicem ut eum omnino interficeret.

## ¶EX LIBRO.LXXXIIII.

Sylla legatis: qui a ſenatu miſſi erant: futurum ſe in poteſtatem ſenatus reſpondit: ſi ciues qui a Cinna pulſi ad ſe confugerant: reſtituerentur: quæ cõditio cum iuſta ſenatui uideretur: ꝓpter Carbonem factionemqꝫ eius cui bellum uidebatur utilius: ne conueniret: effectum eſt: idem Carbo: cum ab omnibus oppidis italiæ obſides exigere uellet: ut fidẽ illorum contra Syllam obligaret: conſenſu ſenatus prohibitus. Nouis ciuibus. S.C. Suffragium datum eſt. Quintus Metellus Pius: qui partes optimatium ſecutus erat: cum in Africa bellum moliretur: a Caio Fabio prætore pulſus ẽ: ſenatuſqꝫ cõſultum per factionem Carbonis & marianarum partium factum eſt: ut oẽs ubiqꝫ exercitus dimitterentur. Libertini in quinqꝫ & triginta tribus diſtributi ſunt: præterea belli apparatum contra Syllam: quod plurimum excitabatur: continet.

## ¶EX LIBRO.LXXXV.

Sylla in Italiam cum exercitu traiecit: miſſiſqꝫ legatis: qui de pace agerẽt: & a conſule. Gn. Carbone: &. G. Norbano: uiolatis: eundem Norbanum prælio uicit: Et cum. L. Scipionis alterius conſulis: cum quo per omnia id egerat: ut pacem iungeret: nec potuerat: caſtra oppugnaturus eſſet: uniuerſus exercitus conſulis ſollicitatus per emiſſos a Sylla milites ſigna ad Syllam tranſtulit. Scipio cum interimi poſſet dimiſſus eſt. Gn. Pompeius Gnæi filiꝰ eius: qui Aſculum cœperat: conſcripto quidem uoluntariorum exercitu: cum tribus legionibus ad Syllam uenerat ad quem ſe nobilitas omnis conferebat:: ita ut deſerta urbe ad caſtra ueniretur: præterea expeditiones per uniuerſam Italiam utriuſqꝫ partis ducum referuntur.

## ¶EX LIBRO.LXXXVI.

CVm Caius Marius. C. Marii. filius con. ante annos uiginti per uim creatus eſſet. G. Fabius in Africam propter crudelitatem & auaritiam in prætorio ſuo uiuus exuſtus eſt. L. philippus legatus Syllæ ſardiniam: Quinto Antonio prætore pulſo & occiſo: occupauit Sylla cum italicis populis ne timeretur ab iis uelut erepturus ciuitatem: & ſuffragii ius nuper datum fœdus percuſſit: itemqꝫ ex fiducia iam certæ uictoriæ litigatores: a quibus adhibebantur uadimonia Romam deferre iuſſit. Cum a parte diuerſa urbs adhuc teneretur. L. Damacius prætor ex uoluntate. C. Marii con. cum ſenatum contraxiſſet omnem: quæ in urbe erat: nobilitatem trucidauit: ex cuiꝰ quidẽ numero. Qu. Mutius Scæuola pontifex max. fugiens in ueſtibulo Veſtæ occius eſt. Præterea bellum a. L. Murena aduerſus Mithridatem in Aſia renouatum cõtinet.

## ¶EX LIBRO.LXXXVII.

SYlla. C. Marium exercitu eius fuſo deletoqꝫ ad ſacri portum in oppido præneſte obſedit urbẽ Romanam ex inimicorum manibus recepit: Marium erumpere tentãtem reppulit: præterea res a legatis eius eadem ubiqꝫ fortuna partium geſtas continet.

## ¶EX LIBRO.LXXXVIII.

Sylla Carbonem exercitu eius ad Cluſum: ad fauentiam: Fidentiamqꝫ cæſo italia expulit: cum ſamnitibus: qui ſoli italicorum populorum nondum arma depoſuerant: iuxta urbẽ Romã ãte portã collinã debellauit: recuperataqꝫ repu. pulcherrimã uictoriã crudelitate: quãta in nullo homine unq̃ fuit: inquinauit. octo milia deditorũ ĩ uia publica trucidauit: tabulã proſcriptionis poſuit: urbẽ: & uniuerſã italiã cædibus repleuit: iter quos omnes præneſtinos inermes interimi iuſſit. Marium ſenatorii ordinis uirum cruribus: brachiiſque fractis: auribus præfectis: & defoſſis oculis necauit. C. Marius præneſte obſeſſus a Lucretio Aſella ſyllanarum partium uiro cũ per cuniculum captaret euadare: ſeptus ab exercitu mortem ſibi conſciuit: in ipſo

cuniculo: cum ſentiret ſe euadere minime poſſe: cum Pontio Theleſino fuge comite ſtricto utriqꝫ gladio occurrit: quem cum occidiſſet: ſaucius a ſeruo impetrauit: ut ſe occideret.

## ¶EX LIBRO LXXXIX.

LVcius Brurus a Gn. Papyrio Carbone. qui Corcyram appullerat miſſus naue piſcatoria Lilybeū ut exploraret: an ibi Pōpeius eſſet: & circūuētus a nauibus: quas Pōpeiꝰ miſerat in ſe mucrone uerſo ad tranſtrū nauis obnixus corporis pōdere incubuit. Gn. Pōp. Siciliam cū imperio a ſenatu miſſus. Gn. Carbonē: qui flens muliebriter mortē tulit: captū occidit. Sylla dictator factus: qꝫ nemo quidem unq̄ fecerat: cum faſcibus uiginti q̄ttuor ꝓceſſit: rebus nouis reip. ſtatum cōfirmauit. Tribunorū ple. poteſtatē minuit: & omne ius legum ferēdarū ademit. Pontificū augurūqꝫ collegiū ampliauit: ut eſſent q̄ndecim. Senatū ex equeſtri ordine suppleuit. Proſcriptorum liberis ius petēdorū honorū eripuit: & bona eorum uendidit: ex quibus primo multa rapuit: redactum eſt ſeſtertiū ter milies quingentieſqꝫ. Lucretium Aſellam conſulatū cōtra uoluntatem ſuam petere auſum iuſſit interemi in foro: & cum indigne ferret po. ro. conciōe uocata: ſe iuſſiſſe dixit. Gn. Pompeius in Africa. Gn. Domitiū proſcriptum: & Hiericam regem numidarum bellum moliētes: uictos interemit: & .iiii. & .xx. annos natus adhuc eques Romanus qđ quidem nemini contingerat: ex Africa triumphauit. Gn. Norbanus conſularis ꝓſcriptus in urbe Rhodo: cum comprehenderetur: ſe ipſe interemit. Metellus ex proſcriptis unus clam: capite adoperto: ad poſticum æſtis Baſtiæ uxoris cum acceſſiſſet admiſſus minime eſt: quia illum proſcriptum diceret: itaqꝫ ſe tranſfodit: & ſanguine ſuo fores reſperſit. Sylla Nolam in Sannio recepit. xlvii. legiones ĩ agros captos deduxit: & eos iis diuiſit. Volaterras: qđ oppidum adhuc in armis erat: obſeſſum in deditionem accepit. Mitylene quoqꝫ in Aſia quæ ſola urbs poſt uictum Mithridatem arma retinebat expugnatæ dirutæqꝫ ſunt.

## ¶EX LIBRO. XC.

SYlla deceſſit: honoſqꝫ ei a ſenatu habitus ē: ut in cāpo Martio ſepelliret̄. M. Lepidus: cū acta Syllæ tēptaret: reſcidere bellum excitauit: & a. Q. Catullo Collega Italia pulſus ē: & ĩ Sardinia fruſtra bellū molitus p̄iit. M. Brutus: qui ciſalpinam galliā tenebat a Gn. Pōpeio occiſus eſt. Q. Sertorius ꝓſcriptus in ulteriore Hiſpania ĩgēs bellum excitauit. L. Manlius ꝓcon. & M. Antonius legatus ab Herculeio quæſtore prælio uicti ſunt. Præterea a. P. Seruilio ꝓcon. aduerſus cilicas res geſtas continet.

## ¶EX LIBRO. XCI.

GNæus Pompeius cum adhuc quæſtor eſſet: cum imperio cōſulari aduerſus Sertorium miſſus ē. Sertorius aliquot urbes expugnauit: plurimaſqꝫ ciuitates in p̄tāte ſuā redegit. Ap. Claudius ꝓcon. thracas pluribus p̄liis uicit. Q. Metellus ꝓcon. L. Herculeium q̄ſtorem Sertorii omnino cum exercitu cecidit.

## ¶EX LIBRO. XCII.

GNæus Pompeius adhuc dubio euentu cum Sertorio pugnauit: ita ut ſingula ex utraqꝫ parte cornua uicerint. Q. Sertorius Metellum & Perpennam cum duobus exercitibus prædio fudit cuius uictoriæ partem cupiens auferre Pompeius parum proſpere pugnauit. Obſeſſus deinde Calagurii Sertorius aſſiduis eruptionibus nō leuiora dāna obſidentibus tulit. Præterea a. P. Curſore ꝓcon. in Thracia res geſtas aduerſus Dardanos: & Q. Sertorii multa crudelia in ſuos facta cōtinet qui plurimos amicorum & ſecum proſcriptorum crimine ꝓditionis inſimulatos interemit.

## ¶EX LIBRO. XCIII.

PVblius Seruilius ꝓcō. in Cicilia iſauros domuit & aliquot urbes piratarū expugnauit. Nicomedes Bithyniæ rex moriens po. ro. fecit hæredem regnūqꝫ eius in ꝓuinciæ formā redactū ē. Mithridates fœdere cū Sertorio icto: bellū pop. ro. intulit. Apparatus deinde regiarū copiarū pedeſtrium naualiumqꝫ: & occupata Bithynia. M. Aurelius Cotta con. ad Calcedoniā prælio a rege uictus eſt: rexqꝫ a Pōpeio & Metello uictus: & ut cōtra Sertorium egerunt: qui omnibus belli militiæqꝫ artibus par fuit: quos ēt ab obſidione Calagurii oppidi depulſos coegit diuerſas regiones petere: Metellum ulteriorem Hiſpaniam: Pōpeium galliam.

## ¶EX LIBRO. XCIIII.

LVcius Lucullus cō. aduerſus Mithridatē equeſtribus p̄liis feliciter pugnauit: & expeditiones aliquot ꝓſperas fecit poſcenteſqꝫ pugnam milites a ſeditione inhibuit. Diotarus gallo græciæ tetrarches præfectos Mithridatis bellum in Phrygia mouentes cecidit. Præterea res a Pōpeio in Hiſpaniam contra Sertorium proſpere geſtas continet.

## ¶EX LIBRO. XCV.

CAio Curio procō. Dardanos in Thracia domuit: Quattuor & ſeptuagita gladiatores capuæ ex ludo Lētuli ꝓfugerūt: & cōgregata ſeruorum & ergaſtulorū multitudīe: Chryſo & Spartaco ducibꝰ bello excitato Claudium pulchrum legatum & P. Vorenum prætorem prælio uicerunt. L. Lucullus procon. ad Cyzicū urbem exercitum Mithridatis fame ferroqꝫ deleuit: pulſumqꝫ a Bithynia regē uariis belli ac naufragiorū caſibus fractū coegit in pontum ꝓfugere.

## ¶EX LIBRO. XCVI.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Q. Arius prætor Chryſum fugitiuorũ ducẽ cum uiginti milib⁹ hominum cecidit. G. Len
tulus cõ. male aduerſus Spartacũ pugnauit ab eodẽ. L. Gellius &. Q. Arius ꝑtor acie ui
cti ſunt. Sertorius a. M. Antonio: &. M. Perpẽna: & aliis cõiuratis in conuiuio iterfectus ẽ
octauo ducatus ſui anno: magn⁹ dux: & aduerſus duos iperatores Põpeiũ & Metellum
ſæpe par: aut frequẽtius uictor: ad ultimum deſertus & ꝓditus. Impium partiũ ad Mariũ tranſlatũ
eſt: quem Gn. Pompeius uictum captumq; iteremit: ac recepit Hiſpanias decimo fere anno: quam
cœptum erat bellum. G. Caſſius ꝓcon. G. Manlius prætor male aduerſus Spartacum pugnauerũt
idq; bellum. M. Craſſo prætori mandatum eſt.

## ℂℂ EX LIBRO. XCVII.

MArcus Craſſus prætor primum cũ parte fugitiuorum: q̃ ex Gallis Germaniſq; cõſtabat
feliciter pugnauit cæſis inimicorum. xxxv. milibus & duce eorũ Granico. Cũ Spartaco
deide bellauit: cæſis cum ipſo milibus q̃draginta. M. Antonius prætor bellum aduerſus
cretẽſes parũ ꝓſpe geſtum morte ſua finiuit. M. Lucullus ꝓcon. thracas ſubegit. L. Lucul
lus ipõto aduerſus Mithridatẽ feliciter pugnauit: cæſis hoſtiũ amplius quã ſexaginta milib⁹. Mar
cus Craſſus & Gn. Pompeius conſules facti ſunt: ſicut Pompeius anteq̃ q̃ſturam gereret: ex equite
Romano tribuniciam poteſtatem reſtituerũt. Iudicia quoq; per. M. Aurelium cottam prætorẽ ad
equites Romanos tranſlata ſunt. Mithridates deſperatione rerum ſuarum coactus ad Tigranẽ ar
meniæ regem confugit.

## ℂ EX LIBRO. XCVIII.

LAchares filius Mithridatis Boſphori. a. L. Lucullo in amicitiam receptus ẽ. G. Lẽtulus:
&. L. Gellius cẽſores aſperam cẽſurã egerunt q̃ttuor & ſexaginta ſenatu motis: a quibus
uſtrum conditum eſt: cæſa ſunt ciuium capita. cccc l. milia. L. Metellus prætor in Sici
lia aduerſum piratas ꝓſpere rem geſſit. Tẽplum Iouis in capitolio: qđ incendio cõſum
ptum erat: refectum a. Q. Catulo dedicatum ẽ. L. Lucullus in Armenia Mithridatẽ: & Tigranem
& immenſas utriuſq; regis copias multis certaminibus fudit. Q. Metellus ꝓcon. bello ſibi aduer
ſus cretẽſes mandato: Cydoniam urbẽ obſedit. G. Triarius legatus Luculli aduerſus Mithridatẽ
parum ꝓſpere pugnauit. Lucullum: ne pſequeretur Mithridatẽ ac Tigranẽ: ſummamq; uictoriæ i
poneret: ſeditio militum tenuit qui ſequi nolebant: quia legiones Valerianæ impleta a ſe ſtipendia
dicentes Lucullum reliquerunt.

## ℂ EX LIBRO. XCIX.

QVintus Metellus procon. Gnoſon: & Lyctium: & Cydoniã: & alias plurimas ciuitates ex
pugnauit. Lucius Roſius tribu. ple. legem tulit: ut equitibus Romanis in theatro q̃tu
ordecim gradus proximi aſſignarentur Gn. Pompeius lege ad populum lata perleq pi
ratas iuſſus: qui commertium annonæ intercluſerant: intra quadrageſimum diem toto
mari eos expulit: belloq; cum iis in Cicilia cõfecto acceptis i deditionem piratis agros & urbes de
dit. Præterea res a Quinto Metello aduerſus cretenſes continet: & epiſtolas Metelli & Gnæi Pom
peii inuicem miſſas: queritur Metellus gloriam rerum a ſe geſtarum a Pompeio ſublatam præteri
ri: qui in cretam miſerit legatum ſuum ad accipiendas urbium deditiones. Pompeius Romæ ra
tionem reddit hoc ſe facere debuiſſe.

## ℂ EX LIBRO. C.

CAius Manlius tribu. ple. indignatiõe maxima nobilitatis legẽ tulit: ut Põpeio bellum
mithridaticum mãdaret: cõcio eius bona. Q. Metellus domitis cretẽſibus: libere iid tẽ
pus inſulæ legẽ tulit. Gn. Põpeius ad gerẽdum bellum aduerſus Mithridatem ꝓfectus
cum rege Parthorum Phrahate amicitiã renouauit: equeſtri prælio Mithridatem uicit.
Præterea bellum inter Phrahatem regem parthorum: & Tigranem Armeniorum regẽ ac demum
inter filium Tigranem patremq; geſtum continet.

## ℂ EX LIBRO. CI.

GNæus Põpeius Mithridatẽ Nocturno prælio uictum coegit Boſphorõ ꝓfugere: Tigra
nẽ in deditionẽ accepit: eiq; adẽptis Syria: Phœnicia: & Cilicia regnum Armeniæ re
ſtituit. Cõiuratio eorum: q in petitione cõſulatus ambitus dãnati erant: facta de iterfici
endis cõſulibus oppreſſa ẽ. Gn. Põpeius cum Mithridatẽ perſequeret: in ultimas igno
taſq; gẽtes penetrauit: iberos: albanos: qui tranſitum minime dabãt: prælio uicit. Præterea fugam
Mithridatis per cholcos ethnicoſq;: & res ab eo in Boſphoro geſtas continet.

## ℂ EX LIBRO. CII.

GNæus Põpeius in ꝓuinciæ formam Pontum redegit. Pharnaces filius Mithridatis bel
lum patri itulit: ab eo Mithridates obſeſſus in regia cum ueneno ſumpto parum ꝓfeciſ
ſet ad mõtem: a milite gallo nomine Bithoco: a quo: ut adiuuaret petierat interfectus ẽ
G. Põpeius iudæos ſubegit: fanum eorum in Hieroſolyma inuiolatum añ id tẽpus ce
pit. L. Catilina bis repulſam in petitione cõſulatus paſſus: cum Lẽtulo prætore: & Cethego: & plu
ribus coniurauit de cæde cõſulum & ſenatus incendiis urbis opprimẽda republica: exercitu quoq;
in Ethruria cõparato: Ea coniuratio. M. Tullii Ciceronis eruta eſt. Catilina urbe pulſo de reliquis
coniuratis omnino ſumptum ſupplicium eſt.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

## ¶EX LIBRO.CIII.

CAtilina.C.Antonio ꝓcō.cū exercitu cæſus ē.P.Clodiꝰ accuſatus qđ ī mulieris habitu ſacrariū:ī quo uirū ītrare nefas ē:cumq; ītraſſet uxorē Metelli Pōtii ſtuprauiſſet abſolutꝰ Gn.Pōtitiꝰ ꝑtor allobroges:q rebellauerāt ad Solonē domuit.P.Clodius ad plebē trāſit.C.Cæſar luſitāos ſubegit:eoq; cōſulatus cādidato & captāte rēpu.īuadere:cōſpiratio īter tres pricipes ciuitatis facta eſt Gn.Pōpeiū.M.Craſſū:&.C.Cæſarē.Leges agrariæ a Cæſare cō.cū maxia cōtētiōe īuito ſenatu & altero cōſule.M.Bibulo latæ ſunt.G.Antonius ꝓcō.ī thratia parū ꝓſpere rē geſſit.M.Cicero lege a.P.Claudio tri.pl.lata:qa īdēnatos ciues necauiſſet:ī exiliū miſſus eſt. Cæſar ī ꝓuīciā Galliam profectus eluetios:gentē uagā domuit:quæ ſedem quærens per prouinciā Cæſaris Narbonē iter facere uolebat.Præterea ſitū Galliarum continet.Pōpeius de liberis Mithridatis Tigrane & Tigranis filio triumphauit:magnuſq; a tota concione conſalutatus.

## ¶EX LIBRO.CIIII.

PRima pars libri ſitum Germaniæ moreſq; cōtinet.C.Cæſar cōtra germanos q Ariouiſto duce in galliā deſcenderāt:cū exercitū ducerēt:rogatus ab heduis & ſequanis:quorꝫ ager poſſidebaƭ:trepidationē militū ꝑꝑ metū nouorū hoſtiū ortā allocutione exercitus inhibuit:& uictos ꝓlio germanos Gallia oī expulit.M.Cicero Pōpeio inter alios orāte & Tito Annio milone tri.ple.ingenti gaudio ſenatus ac uniuerſæ Italiæ:ab exilio reductus ē.Gn. Pōpeio ꝑ quinquēniū annonæ cura mandata ē.Cæſar ambianos:ſueſiones:uiromanduos:atrebates:belgarum populos:quorū quidem maxima multitudo erat:ꝓlio euictos in deditionē accepit:ac deīde contra neruios unam harum ciuitatum cum maximo diſcrimine pugnauit:eamq; gētem deleuit:quæ bellum geſſit:donec ex ſexaginta milibus armatorum trecenti ſupereſſent:ex nonagīta qnq; ſenatoribus tres tātummodo euaderent.Lege lata de redigenda in ꝓuinciæ formā Cypro & publicāda pecunia regia.M.Catoni adminiſtratio eiuſdem rei mādata eſt.Ptolemæus Aegypti rex ob iniurias:qs patiebaƭ:a ſuis regno pulſus Romam uenit.C.Cæſar gentem oceano iunctam .ſ.uenetos nauali ꝓlio uicit.Præterea a legatis eius eadem fortuna res geſtas continet.

## ¶EX LIBRO.CV.

CVm.M.Catonis tri.ple.interceſſionibꝰ comitia tollerenƭ:ſenatus ueſtē mutauit.M.Cato ī petitione ꝑturæ:ꝓlato Vatinio repulſam tulit:idem cum legem impediret:q̄ ꝓuīciæ conſulares in qnquennium Pompeio Hiſpaniæ.Craſſo Syria & partichum bellū: Cæſari Gallia & germania dabātur a.G.Trebonio tri.ple.legis auctore in uincula ductꝰ ē. A.Gabinius ꝓcon.Ptolemæum in regnum reduxit Aegypti:reiecto Archelao : quem ſibi regem aſciuerāt.Cæſar uictis germanis:& ī Gallia cæſis rhenum tranſcendit proximam partē Germaniæ domuit:ac deinde oceano in Britaniā parum ꝓſpere tempeſtatibꝰ aduerſis traiecit: iterumq; parū felicius maximaq; hominū multitudine cæſa reliquam partem inſulæ in poteſtatem redegit.

## ¶EX LIBRO.CVI.

IVlia Cæſaris filia Pompeii uxor deceſſit:honoſq; maximus ei a populo habitus ē:ut in campo martio ſepeliretur.Gallorū multi populi Ambiorige duce eburonū defecerūt : a qbus Cotta:&.T.Arunculeius legati Cæſaris inſidiis circūuēti:cū exercitu:cui ꝑerāt cæſi ſunt:& cū aliarū quoq; legionū caſtra oppugnata maximo labore defenſa eēnt:iterq; eos:q ī treuiris præerat.Q. Cicero:ab ipſo cæſare hoſtes ꝓlio fuſi ſunt.M.Craſſus bellū Parthis īllaturus Euphratem fluuium tranſit:uictuſq; ꝓlio:in quo & filius eius cecidit:cum reliquias exercitꝰ in collē recepiſſet: euocatus in colloquium ab hoſtibus ut de pace acturus:quorū duxerat Surenas compræhenſus:& ne quid uiuus pateretur repugnans:interemptus eſt:& ita periit.

## ¶EX LIBRO.CVII.

GAius Cæſar treuiris in Gallia uictis:iterum in Germaniā trāſit:nulloq; ibi īuento hoſte:reuerſus in Galliā eburones & alias ciuitates:q̄ cōſpirauerāt uicit:& regē Ambiorigē ī fuga ꝓſecutus.P.Clodii a.T.Annio Milone candidato cōſulatus appia uia ad bouillas occiſi corpus plebs ī curia cremauit.Cū ſeditiones inter cādidatos cōſulatus Ipſæum Scipionē & Milonē eēnt:q armis ac ui contēdebāt:ad cōprimēdas eas.Gn.Pōpeius legatus a ſenatu cōſul tertio factus ē abſens:& ſolus:qđ nemini unq̄ cōtigit: quæſtione decreta de morte.P. Clodii Milo iudicio dānatus in exiliū actus ē.Lex dicta eſt:ut rō abſentis Cæſaris ī petitiōe cōſulatus habereƭ:inuito & contradicente.M.Catone.Præterea res geſtas a.C.Cæſare aduerſum gallos: qui ꝓpe uniuerſi: Vercingentorie auerno duce:defecerūt:& laborioſas obſidiōes urbiū cōtinet:inter quas Auarici biturigum Cergonis auernorum.

## ¶EX LIBRO.CVIII.

GAius Cæſar gallos ad Alexiā uicit oēſq; Galliæ ciuitates:q̄ ī armis fuerāt: ī deditionem accepit.C.Cæſius qſtor.M.Craſſi Parthos:q in Syriam trāſcēderāt:cecidit.In petitione cōſulatus.M.Cato repulſam tulit:creatis cōſulibꝰ.Ser.Sulpitio &.M.Marcello.C. Cæſar Bellouacos cū aliis gallorū populus domuit.Præterea cōtinet īter cōſules de ſucceſſore.C.Cæſari mittēdo agēte in ſenatu.M.Marcello cōſule:ut cæſar ad petitionē conſulatus ueniret cū is:lege lata in id tēpus cōſulatꝰ ꝓuīcias obtinere deberet:reſq; a.M.Bibulo geſtas ī Syria cōtinet.

## ¶EX LIBRO.CIX.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

CAuſæ ciuilium armorum & initia referſitur: cõtentioneſq; de ſucceſſore. C. Cæſari mittẽdo: cum ſe dimiſſurum exercitum negaret: niſi a Pompeio dimitteretur: &. C. Curionis tri. ple. primũ aduerſus Cæſarẽ actiones cõtinet. Cũ. S. C. Factũ eſſet: ut ſucceſſor Cæſari omnino mitteretur. M. Antonio & Qu. Caſſio tri. ple. quoniam interceſſionibus id. S. C. impediebant urbe pulſis: mandatumq; a ſenatu conſulibus &. Gn. Pompeio ut uiderẽt. ne quid reſpu. detrimenti caperet. C. Cæſar bello inimicos perſecutus cum exercitu in Italiã uenit: Corphinnm cum. L. Domitio &. L. Lentulo cepit eoſq; dimiſit. Gn. Pompeium uniuerſoſq; eiꝰ partium Italia omnino expulit.

## ¶EX LIBRO. CX.

CAiꝰ Cæſar Maſſiliã: quæ portas ipſi clauſerat: obſedit: & relictis ĩ obſidiõe. C. Trebõio &. D. Bruto profectus ĩ Hiſpaniã. L. Afraniũ &. G. Petreiũ legatos. Gn. Pompeii cũ ſeptẽ legionibꝰ ad Illerdã ĩ deditionẽ accepit: oẽſq; ĩcolumes dimiſit: Varrõe quoq; legato Põpeii cũ exercitu ĩ ptãtẽ ſuã redacto: Gaditanis ciuitatẽ dedit. Maſſilẽſes duobꝰ naualibus præliis uicti: Poſt longã obſidionẽ ĩ ptãtẽ Cæſaris ſe pmiſerũt. C. Antoniꝰ legatꝰ Cæſaris male cõtra Põpeianos pugnauit: & ĩ Illyrico captus eſt: ĩ quo bello opitergini trãſpadani Cæſaris auxiliares rate ſua ab hoſtilibus nauibus clauſa potius: quã in poteſtatẽ inimicorum uenirent: inter ſe occurrentes occubuerunt. C. Curio legatus Cæſaris ĩ Africa cũ aduerſum pompeianarũ partium ducẽ Varronem pugnaſſet: a Iuba rege Mauritaniæ cum exercitu cæſus eſt. C. Cæſar in Græciã traiecit.

## ¶EX LIBRO. CXI.

CAius Cecilius Ruſſus prætor cũ ſeditiones ĩ urbe: quã maxime cõcitaret nouarũ turbarũ ſpe plebe ſollicitata: abrogato magiſtratu pulſus urbe Miloni exuli: q fugitiuorũ exercitũ cõtraxerat: ſe cõiunxit: uterq; cũ bellũ molirent̃: ĩterẽpti ſunt. Cleopatra Aegypti regia a Ptolemæo fratre regno pulſa eſt. Propter. Q. Patuli prætoris auariciã crudelitatẽq; cordubẽſes ĩ Hiſpania cũ duabꝰ uariãis legionibꝰ a partibꝰ Cæſaris deſciuerũt. Gn. Pompeiꝰ ad Brũduſiũ obſeſſus a cæſare: & pſidiis eiꝰ cũ magna clade diuerſæ ptis expugnatis obſidiõe liberatꝰ trãſlato ĩ Theſſaliã bello apud Pharſaliã acie uictus eſt. Cicero ĩ caſtris remãſit uir nihil minꝰ quã ad bella natus omnibuſq; aduerſarũ partiũ q ſe poteſtati uictoris permiſerunt: Cæſar ignouit.

## ¶EX LIBRO. CXII.

TRepidatio uictarum partium p diuerſas orbis terrarum partes & fuga referunt̃. G. Põpeius cũ Aegyptũ petiſſet: iuſſu Ptolemæi regis pupilli & auctore Theodoro præceptore cuius apud regẽ maxima erat auctoritas: & Photino: occiſus eſt ab achilla: cui delegatũ id facinus erat: ĩ nauicula anteq̃ ĩ terrã exiret: Cornelia uxor & Sex. Põpeiꝰ filius ĩ Cyprũ refugerũt. Cæſar poſt tertiũ diẽ inſecutus: cũ ei Theodorus caput Põpeii & ãnulũ obtuliſſet: iſeſus eſt: & illachrymauit ſine periculo Alexandriã tumultuantẽ intrauit. Cæſar dictator creatus Cleopatrã in regnum Aegypti reduxit: & inferentem bellum iiſdem auctoribus Ptolemæum: qbus Põpeiũ interfecerat cum maximo ſuo diſcrimine uicit. Ptolemæus dum fugit: in nilo nauicula ſubſedit. Præterea laborioſum. M. Catonis in Africa per deſerta cũ legionibus iter: & bellũ a Gn. Domitio contra Phrahatem parthum proſpere geſtum continet.

## ¶EX LIBRO. CXIII.

COnfirmatis in Africa Pompeianis partibus: earum imperium. P. Scipioni delatũ ẽ Catone: cui ex quo deferebatur imperiũ cedẽte. Et cũ diruẽda urbe Vtica ꝑpter fauorẽ ciuitatis eius in Cæſarem deliberaret̃: idq; ne fieret. M. Cato tenuiſſet: Iuba ſuadente: ut dirueret̃: tutela eius & cuſtodia mãdata eſt Catoni. Põpeii magni filius in Hiſpania: cõtractis uiribꝰ: quarũ ducatũ nec Afranius nec Petreius excipe uolebant: bellum aduerſus Cæſarẽ renouauit. Pharnaces Mithridatis filius ex Põto ſine ulla belli mora uictus eſt. Cũ ſeditiones Romæ a. P. Dolobella tri. ple. legem ferente de nouis tabulis excitate eẽnt: & ex ea cauſa plebs tumultuaretur: inductus a. M. Antonio magiſtro equitum in urbem militibus octingentis a plebe cæſi ſunt. Cæſar ueteranis cũ ſeditione miſſionẽ poſtulantibus dedit: & eum in Africam traieciſſet: contra copias Iubæ regis cum diſcrimine maximo pugnauit.

## ¶EX LIBRO. CXIIII.

BEllum in Syria Cecilius Baſſus eques Romanus Põpeianarum partiũ excitauit: & relicto a legiõe Sexto Cæſare: qui ad baſſum trãſierat: occiſoq; eo Cæſar Scipionẽ ꝑtorem Afraniũ Iubãq; uicit ad Tapſum: caſtris eorũ expugnatis: Cato audita re: cũ ſe pcuſſiſſet Vticæ: & interueniẽte filio curaret̃: inter ipſam curationem reciſo uulnere expirauit anno ætatis q̃dragesimo nono Petreius iubã ſeq; iteremit. P. Scipio ĩ naui circũuẽtus honeſtæ morti uocẽ quoq; adiecit: quærentibus. n. hoſtibus ĩpatorem dixit: imperator bene ſe hẽt. Fauſtus & Afranius occiſi. Catonis filio uenia data. Brutꝰ legatꝰ Cæſaris ĩ Gallia bellouacos rebellãtes uicit.

## ¶EX LIBRO. CXV.

CAeſar q̃ttuor triũphos duxit ex Gallia: ex Aegypto: ex Põto: & Africa: epulũ: & oĩs generis ſpectacula ædidit. M. Marcello cõſulari ſenatu rogãte cõceſſit reditũ: qui Marcellus beneficio eius frui minime potuit a Gn. Magio Cillone cliẽte ſuo Athenis occiſus: & cẽſum egit: quo cẽſa ſunt ciuiũ capita cẽtũ quiquaginta milia. Profectus in Hiſpaniã. Gn.

Pompeium:utrinꝗ multis expeditionibus factis:& aliquot urbibus expugnatis: ſummam uictoriam cum maximo diſcrimine ad Mundam urbem conſecutus eſt.Pompeius Sex.effugit.

## ℂEX LIBRO.CXVI.

CAeſar ex Hiſpania quintũ triumphũ egit: & cũ multi q̃ maximiꝗ honores ei a ſenatu decreti eſſent inter quos:ut patet patriæ appellaretur & ſacroſanctus dictator in perpetuum eſſet:inuidiæ cauſam aduerſus eum præſtiterunt:quod ſenatui deferente hos honores: cũ ante ædem Veneris genitricis ſederet minime aſſurrexit:& quod Marco Antonio cõſule collega ſuo inter lupercos currente diadema capiti ſuo ĩpoſitũ ĩ ſella repoſuit.Et quod Epidio Marulo & ceſeceo Flauo tribunis plebis inuidiã ei tanq̃ regnum affectanti mouẽtibus poteſtas abrogata ẽ.Ex iis cauſis:cõſpiratiõe ĩ eũ facta cuius capita fuerũt.M.Brutus &.G.Trebonius: & Caſſius:& ex Cæſaris partibus.D.Brutus in curia Pompeii occiſus eſt uiginti tribus uulneribꝰ:occupatũꝗ ab interfectoribus eius capitoliũ.Obliuione deinde cædis eius a ſenatu decreta: obſidibus Antonii & lepidi:liberis acceptis:cõiurati a capitolio deſcenderunt.Teſtamẽto Cæſaris hæres ex parte dimidia ĩſtitutus.C.Octauius ex ſorore nepos & in nomẽ adoptatus ẽ.Cæſaris corpus:cũ in cãpũ martiũ ferreť a plebe:ante roſtra crematũ eſt.Dictaturæ honos in perpetuum ſublatus ẽ.Chamaces humillimæ ſortis homo:q ſe. C. Marii filium ferebat cum apud credulã plebem ſeditiones moueret:interfectus eſt.

## ℂEX LIBRO.CXVII.

CAius Octauius Romam ex Epiro uenit:eo enim illum Cæſar p̃miſerat bellũ ĩ Macedonia geſturus omnibuſꝗ proſpere exceptis:etiam nomẽ Cæſaris ſumpſit:in cõfuſiõe reꝝ ac tumultu lepidũ Pont.Max.interemit.Sed.M.Antonius cõ.cũ ĩpotẽter dominareť: legemꝗ de ꝓuinciarum permutatiõe tuliſſet per uim:& Cæſarẽ quoꝗ petẽtem: ut ſibi aduerſum auũculi percuſſores adeſſet:magnis iniuriis affecit.Cæſar ut ſibi & reipu.uires cõtra eũ paraturus deductas in colonias ueteranos excitauit:legiões quoꝗ quarta & martia ſigna ab Antonio ad Cæſarẽ tulerũt:deĩde plures ſæuicia.M.Antonii paſſim ĩ caſtris ſuis trucidati:qa & ſuſpecti erãt:& ad Cæſarem deſciuerũt.D.Brutus:ut petẽdi Ciſalpinã Galliã Antonio obſiſteret: Mutinã cum exercitu occupauit.Præterea diſcurſus utriuſꝗ partis uirorum ad accipiẽdas ꝓuincias apparatuſꝗ belli continet.

## ℂEX LIBRO.CXVIII.

MArcus Brutus in Græcia ſub p̃textu reip.& ſuſcepti cõtra.M.Antoniũ belli exercitũ:cui Vatinius p̃erat:cũ ꝓuincia ĩpoteſtatẽ ſuã redegit.C.Cæſari q primus reipu.arma ſũpſerat ꝓ po.Ro.ĩperiũ a ſenatu datũ cũ cõſularibus ornamẽtis:adiectũꝗ:ut ſenator eẽt.M.Antoniꝰ.D.Brutũ mutinæ obſedit:miſſiꝗ ad eũ legati a ſenatu de pace parũ ad eã cõponẽdã ualuerũt:po.ro.ſaga ſũpſit.M.Brutus ĩ Epiro.C.Antoniũ p̃torẽ cũ exercitu p̃tãti ſuæ ſubegit.

## ℂEX LIBRO.CXIX.

CAius Trebonius in Aſia fraude.P.Dolobellæ occiſus ẽ:ob id facinꝰ Dolobella a ſenatu inimicus iudicatus ẽ.Cũ Pãſa cõſul male aduerſus Antoniũ pugnaſſet.A.Hirciꝰ cõſul cũ exercitu ſupueniẽs:fuſis.M.Antonii copiis:fortunã utriuſꝗ ptis æquit.Victꝰ deĩde ab Hircio & Cæſare Antoniꝰ in Galliã cõfugit:&.M.Lepidũ cũ legiõibꝰ: q̃ ſub ipſo erãt:ſibi iũxit:hoſtiſꝗ a ſenatu cũ oibns:qui intra p̃ſidia eius erãt:iudicatus ẽ.A.Hircius qui poſt uictoriã ipſius in inimicorũ caſtris ceciderat:&.L.Pãſa e uulnere:qđ in aduerſo p̃lio exceperat:defũctus in cãpo Martio ſepulti ſunt.Aduerſus.C.Cæſarem:q ſolus e tribus ducibꝰ ſuperat parũ gratꝰ ſenatus fuit:qui.D.Bruto obſidiõe mutinenſi a Cæſare liberato honore triumphi decreto:Cæſaris militumꝗ eius mentionem non ſatis gratam habuit:ob quæ.C.Cæſar:reconciliata per.M.Lepidũ cum.M.Antonio gratia:romam cum exercitu uenit:& præcluſis aduentu eius:iis:qui in eum iniqui erant:cum annos.xviii.haberet:conſul creatus eſt.

## ℂEX LIBRO.CXX.

CAius Cæſar conſul legem tulit de quæſtione hñda in eos quorũ opera pater occiſus eẽt poſtulatiꝗ ea lege.M.Brutus.C.Caſſius.D.Brutus abſentes dãnati ſunt.Cũ.M.Antonio uires Aſinius quoꝗ Pollio & Munatius Plancus cum exercitibus ſuis adiũcti ampliaſſent:&.D.Brutus cui ſenatus:ut p̃ſequereť Antoniũ:mãdauit:relictus a legionibꝰ ſuis ꝓfugiſſet:iuſſu Antonii:in cuius poteſtatem uenerat:a Capeno ſequano ĩterẽptus ẽ. C. Cæſar pacẽ cũ Antonio & Lepido fecit:ita ut tres uiri reipu.cõſtituẽdæ q dẽ p qnquẽnium p̃eſſent:ĩ pe Lepidus & Antonius ſtatuerũt:ut ſuos qſꝗ inimicos ꝓſcriberent:in qua ꝓſcriptiõe plurimi eqtes cxxx.ſenatorum nomina fuerant:& ĩter eos.L.Pauli fratris.M.Lepidi &.L.Cæſaris Antonii auunculi.M.Ciceronis:cuius occiſi a Popilio legionario milite:cũ haberet annos.lxiii.caput quoꝗ cum manu dextra in roſtris poſitum eſt.Præterea res a.M.Bruto in Græcia geſtas continet.

## ℂEX LIBRO.CXXI.

CAius Caſſius cui mãdatum a ſenatu erat:ut Dolobellam inimicum iudicatũ bello p̃ſequeť:auctoritate reip.adiutus Syriã cũ tribus exercitibus:q in eadẽ ꝓuincia erant:ĩpoteſtatẽ ſuam redegit.Dolobellam ĩ urbe Laodicea obſeſſum mori coegit.M.quoꝗ Bruti iuſſu.C.Antonius captus occiſus eſt.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

## ¶EX LIBRO.CXXII.

MArcus Brutus aduerſus thracas parū ꝓſpe rem geſſit:omnibuſq; tranſmarinis ꝓuinciis exercitibuſq; in ꝑtātē eius &.C.Caſſii redactis coierūt Smyrnæ uterq; ad ordināda futuri belli cōſilia.M.Meſſalæ Publicolā fratrē iūctū cōmuni cōſilio oīno condēnauerunt.

## ¶EX LIBRO. CXXIII.

SExtus Pōpeius Magni filius:lectis ex Epiro ꝓſcriptis ac fugitiuis,cū exercitu diu ſine ulla loci cuiuſq; poſſeſſiōe p̄datus in mari Meſſanā oppidū ī Sycilia primū:deide totā ꝓuīciā occupauit:occiſoq; a Pōpeio.A.Bithynico p̄tore:Saluidemū legatū Cæſaris nauali ꝑlio uicit.Cæſar & Antonius cū exercitibꝰ ī Græciā traiecerūt bellū cōtra Brutū & Caſſiū geſturi.Q u.Cornificius in Africa.T.Seſtiū caſſinarū partiū ducem prælio uicit.

## ¶EX LIBRO.CXXIIII.

CAius Cæſar & Anto.apud Philippos uario euētu cōtra Brutū & Caſſiū pugnauerunt:ita ut utriuſq; dextera cornua uicerint:& caſtra quoq; utrinq; ab iis:q uicerāt:expugnarent:ſed & æq̄lē fortunā partiū mors q̄dē Caſſii fecit:q cū in eo cornu fuiſſet:q̄d pulſum erat:totū exercitū fuſum ratus mortem ſibi conſciuit.Altero deide ꝑlio uictus.M. Brutꝰ & ipſe uitā finiuit exorato Stratone fugæ comite:ut ſibi gladiū adiiceret:annorū erat circiter ætatis.xl.inter quos.Q u.Hortenſius occiſus eſt.

## ¶EX LIBRO.CXXV.

CAius Cæſar relicto Antonio tranſmarinæ ꝓuīciæ ex ꝑte īperii ei ceſſit:reuerſus in italiā ueteranis agros diuiſit.Seditiōes exercitus ſui quas correpti a Fuluia.M.Antonii uxore milites cōtra īperatorē ſuū cōcitauerāt:cū grādi ꝑiculo īhibuit.L.Antoniꝰ conſul.M.Antonii frater:eadē Fuluia cōſulēte:bellū Cæſari ītulit:receptis ī ꝑtes ſuas populis:quorū agri ueteranis aſſignati erāt:&.M.Lepido q cuſtodiæ urbis cū exercitu p̄erat ſciſo hoſtiliter ī urbem irrupit.

## ¶EX LIBRO.CXXVI.

CAius Cæſar cū eſſet annorū.xxiiii.obſeſſum ī oppido Peruſia.L.Antoniū conatūq; aliquotiēs erūpere & repulſū fame coegit ī deditionē uenire:ipſiq; & oībꝰ q̄dē militibꝰ eius ignouit.Peruſiā diruit:redactiſq; ī poteſtatē ſuā oībꝰ diuerſæ partis exercitibꝰ:bellū citra ullū ſanguinē cōfecit.

## ¶EX LIBRO.CXXVII.

PArthi Labieno:q Pōpeianarū partiū fuerat duce in Syriam irruperunt:uictoq; Didio Saxa.M.Antonii legato uniuerſam eā ꝓuīciā occupauerūt.M.Antonius cum ad bellū cōtra Cæſarē gerēdū īcitaretur:uxore Fuluia dimiſſa:ne cōcordiæ ducū obſtaret:pace facta cū Cæſare:ſororē eius Octauiā in matrimoniū duxit.Q.Saluidemum conſilia nefaria cōtra Cæſarē molitū indicio ſuo ꝓtexit:iſque dānatus mortē ſibi conſciuit.P.Vētidiꝰ Antonii legatus parthos ꝑlio uictos Syria expulit:Labieno eorū duce occiſo.Cū uicinꝰ Italiæ hoſtis Sex.Pompeius Siciliam teneret & annonæ cōmeatū īpediret cū eo poſtulatā pacem Cæſar & Antonius quidē fecerūt:ita ut Siciliā ꝓuīciā haberet.Præterea motus Africæ & bella geſta cōtinet.

## ¶EX LIBRO.CXXVIII.

CVm Sex.Pōpeius rurſum latrociniis mare īfeſtū redderet:nec pacē:quā accep̄at:p̄ſtaret.Cæſar neceſſario bello cōtra eū ſuſcepto:duobꝰ naualibus ꝑliis dubio euentu pugnauit.L.Ventidius Legatus.M.Antonii parthos in Syria uicit regemq; eorū īteremit:iudæi quoq; a legatis Antonii interempti ſunt.Præterea belli ſiculi apparatum continet.

## ¶EX LIBRO.CXXIX.

ADuerſus Sex.Pompeiū uario euētu naualibus certaminibus pugnatum eſt:ita ut duarū claſſiū Cæſaris altera:cui Agrippa p̄erat:uinceret:altera:quā Cæſar duxerat deleta expoſiti ī terrā cū in quā maximo ꝑiculo eēnt.Victus deinde Pompeius:in Siciliā ꝓfugit.M.Lepidus:qui ex Africa uelut ad ſocietatē belli cōtra Sex.Pōpeiū a Cæſare gerendi traiecerat:ei bellū cū Cæſar quoq; inferret:relicto exercitu abrogato triūuiratus honore uitā impetrauit.M.Agrippa nauali corona a Cæſare donatus eſt:q bonos nemini ante eum habitus eſt.

## ¶EX LIBRO.CXXX.

CAius Anto.dū cū Cleopatra luxuriaret:Mediam ꝓuīciā ingreſſus bellum cum legiōibus.xviii.&.xvi.milibus equitum parthis ītulit & cum duabꝰ legionibus amiſſis nulla re ꝓſpere cedente retro rediret:inſecutis ſubinde parthis & ingēti trepidatiōe:& magno totus exercitus periculo:in Armeniā reuerſus eſt.xxi.die:trecēta milia fuga emenſus circa octo milia hoīum tēpeſtatibus amiſit:tēpeſtates quoq; īfeſtas ſup īfeliciter ſuſceptum parthicum bellum culpa ſua paſſus eſt:quia hyemare in Armenia nolebat:dum ad Cleopatram feſtinat.

## ¶EX LIBRO.CXXXI.

SEx.Pōpeius cum ī fidē.M.Antonii ueniret:bellum aduerſus eum in Aſia moliēs a legatis eius oppreſſus ē.Cæſar ſeditionē ueteranorum cum magna ꝑnicie motam īhibuit:iapidas:dalmatas:& pānonios ſubegit.Antonius Artiniridem Armeniæ regē:fide data p̄uectum in uincula conici iuſſit:regnumq; Armeniæ filio ſuo ex Cleopatra nato dedit:quam uxoris loco iāpridem captus amore eius habere cœperat.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

## ℭEX LIBRO.CXXXII.

GAius Cæſar in Illyrico dalmatas domuit:Cum.M.Antonius ob amorẽ Cleopatræ:ex qua duos filios habebat:Piladelphũ:& Alexandrum:neq₃ in urbem uenire uellet:neq₃ finito eius tẽpore triumuiratus imperiũ deponere:bellumq₃ molliretur: quod urbi Italiæq₃ inferret:ingentibus tã naualibus:ꝗ̃ terreſtribus copiis ob hoc contractis remiſſoq₃ Octauiæ ſorori Cæſaris repudio: Cæſar in Epyrum cum exercitu traiecit.Pugnæ deinde nauales & prælia equeſtria ſecunda Cæſaris referuntur.

## ℭEX LIBRO.CXXXIII.

GAius Antonius ad ictum claſſe uictus Alexãdriã profugit:obſeſſuſq₃ a Cæſare i ultia rerũ deſperatiõe præcipue occiſæ Cleopatreæ falſo rumore impulſus ſe ipſe iteremit.Cæſaris Alexãdria in poteſtatẽ redacta:Cleopatra ne i arbitriũ uictoris ueniret uolũtaria morte occubuit.In urbem reuerſus tres triumphos egit:unũ ex Illyrico: alterum ex actiaca uictoria:tertiũ ex Cleopatra.Impoſito fine ciuilibus bellis altero & tregeſimo ãno.M.Tepidus:qui lepidi triũuiri fuerat filius coniuratione cõtra Cæſarem facta:bellum moliens oppreſſus:& occiſus eſt.

## ℭEX LIBRO.CXXXIIII.

GAius Cæſar rebus compoſitis:& omnibus prouinciis in certam formã redactis:Auguſtus quoq₃ cognominatus eſt:& menſis ſextilis in honorem eius appellatus eſt.Cum ille conuentum Narbonæ egit cenſus a tribus galliis:quas Cæſar pater uicerat:actus.Bellum cõtra baſtarnas:& alias gentes a.M.Craſſo refertur.

## ℭEX LIBRO.CXXXV.

BEllum .M.Craſſo aduerſus thracas a Cæſare aduerſus hiſpanos geſtum refertur:& Salaſi gentes alpinæ perdomiti.

## ℭEX LIBRO.CXXXVI.

RÆcia a Tyberio Nerone:& Druſo Cæſaris priuigno domita.Agrippa Cæſaris gener mortuus & a druſo cenſus actus eſt.

## ℭEX LIBRO.CXXXVII.

CIuitates Germaniæ cis rhenum & trans rhenum poſitæ oppugnãtur a Druſo:& tumultus qui ob cẽſum exortus in Gallia erat compoſitus.Ara Cæſari ad confluentem maris & rhodani dedicata:ſacerdoteq₃ creato.C.Iulio Vercondari dubio heduo.

## ℭEX LIBRO.CXXXVIII.

THraces domiti a Scipione.Item ceruſci:cenchrei:cauci:aliæque Germanorum trans rhenum gentes ſubactæ a Druſo referuntur:Octauia ſoror Auguſti defuncta ante amiſſo filio Marcello:cuius monumenta ſunt theatrum & porticus eius nomini dicata.

## ℭEX LIBRO.CXXXIX.

BEllũ contra tranſrhenanas gentes a Druſo geſtũ refert:in quo inter primores pugnauerunt.T.Senectius & Anecties tribuni ciuitatis neruiorum.Dalmatas:& pãnonios Nero frater Druſi ſubegit.Pax cum parthis facta eſt ſignis a rege eorum:quæ ſub Craſſo:& poſtea ſub Antonio capta erant: redditis.

## ℭEX LIBRO.CXL.

BEllum aduerſus Germanorum trans rhenum ciuitates geſtum a Druſo refert:ipſe ex fractura equo ſuper crus eius collapſo.xxx.die:quã id acciderat:mortuus ẽ:corpus a Nerone fratre:qui nuncio ualitudinis euocatus:raptim accurrerat:Romam reuectum:& in.C.Iulii tumulo cõditũ.Laudatus a Cæſare Auguſto uitrico:& ſupmis illius funeribꝰ plẽs honores dedit.

## ℭPRAESENTIS CODICIS HAEC SVNT CAPITA OPERVM.

ℭIo.An.Epiſcopi Alerienſis ad Summum Pont.Paulum.ii.Venetum:& Marcum Sancti Marci Cardinalem epiſtola. Fauſto.
T.Liuii Patauini hiſtorici primæ decadis præfatio. Facturus ne.
T.Liuii patauini hiſtorici ab urbe condita decadis primæ liber primus. Iamprimum.
Liber ſecundus Liberi
Liber tertius Antio
Liber quartus Hos
Liber quintus Pace
Liber ſextus Quæ
Liber ſeptimus Annus
Liber octauus Iam
Liber nonus Sequitur
Liber decimus L.Gneus
T.Liuii patauini hiſtorici tertiæ decadis præfatio. In parte
T.Liuii patauini hiſtorici de ſecundo bello punico decadis tertiæ liber.i. Miſſus.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf